



XVI, 43-48



XVI, 43


Sermo

habitus per. Samuele Maciejowski

1548.






D.  
4471





Sever d'Antoine











# SERENIS

SIMO PRINCIPIS ET  
Domino Domino Sigismundo  
Augusto Dei gratia Regi Poloniae,  
Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prus-  
siae, Masouiae, Samogetiae &c. domino  
& haeredi, dño clemētissimo. Samuel  
a Macieio vice, Episcopus Craco-  
uien̄ & Re. Can. S. D.



Vm habitum per me  
sermonem in funere  
diui patris tui, cui tu  
pro tua pietate, per-  
honorifice, Regio sane sumptu  
& apparatu, iusta persoluisti, a  
pluribus expeti uiderem, quan-  
doquidem ingens erat describē-  
di labor futurus, opere precium  
me facturum esse putauī, si typis  
eum excussum, in lucem prodire  
permissem. Quē ad te, Rex Au-  
guste



guste, mittēdum, nomi nīq; tuo  
dicandum esse duxi. Cui enim di  
carem rectius, quā tibi, ad quem  
sicut hæreditatis paternæ succes  
sio, ita factorum etiam eius imi  
tatio, proprie pertinere uidetur:  
ut non Regni magis & fortuna  
rum, quā uirtutum, & morum  
optimi Regis illius te successorē  
esse factum, intelligant & læten  
tur omnes. Neq; enim longius  
exempla te petere necesse est, iu  
ste cum fide, pietateq; uitam de  
gendi: domi habes unde ea sume  
re possis. Nam, quæ magna tua  
foelicitas, neq; postrema laus est,  
eo te patre nasci, diuinitus tibi  
contigit, cui cū in omni alio uir  
tutum genere, tum præsertim pi  
etate, religione, sanctimonia, nul  
lum ætas hæc nostra, similem Re  
gem tulisse uidetur. Quamuis  
autē



autem hæc omnia, quæ laudem  
in eo, approbationemq; hominū  
merentur, solius Dei sunt mune-  
ra: quid enim habet quisquā no-  
strum quod ab eo nō acceperit?  
aut quis est mortalium, qui ali-  
ud quicquā ipse possit ex se quā  
peccare: tamen qui sua ipsius bo-  
na coronat in misericordia et mi-  
serationibus: is hæc ipsa munera  
sua, has ipsas uirtutes quibus pa-  
trem tuum affluenter ornauit,  
præmijs etiam afficere, atq; om-  
ni genere foelicitatis, non huius  
modo temporariæ, uerum etiam  
illius æternæ, eum cumulare di-  
gnatus est. Proprium enim hoc  
est, & perpetuum diuinæ beni-  
gnitatis, a quibus pie colitur, ijs  
psperos rerum omnium succes-  
sus largiri. Sicut David Regi: si-  
cut Asa, Iosaphat, Ezechia, Iosie

A iij factū

factum esse, sacra Regum narrat  
historia. Quos ita Diuus pater  
tuus, uitam cum fide, iustitiãq;  
colendo expressit, ut neq; man-  
suetudine, neq; pietate, neq; fidu-  
cia erga Deum, cuiquã illorum  
secundus fuisse uideatur. Inde  
adeo contigit illi diuino benefi-  
cio, quod sicut mãsuetus ille Rex  
ita & noster hic Dauid, mortu-  
us est in senectute bona, plenus  
dierum, & diuitijs, & gloria.  
Quas non uidit ætas hæc nostra  
passim in orbe toto Christiano  
bellorum tempestates & procel-  
las: quos tumultus: quas nõ mo-  
do ciuitatum, oppidorum, castro-  
rum, uerum etiam terrarum, pro-  
uinciarum, regnorum, euerfiones  
direptiones, inflammationes:  
Non dicam de urbe Roma: non  
de Italia uniuersa: nõ de Gallie,  
de Anglie



de Angliæ, de Dania, de Scotia,  
deq; Suetiæ Regnis, in quibus q̄  
fuerint motus, quæ rerum con-  
uersiones, hoc æuo nostro, quis ē  
qui sine dolore & lachrymis cō-  
memorare queat. De finitimis  
tātum nobis nationibus dicam.  
In conspectu est nuper adeo flo-  
rentissimum Hungariæ Regnū,  
quod nunc in quam duram, &  
ipsa etiam morte acerbiolem ser-  
uitutem magna ex parte redactū  
sit, uidemus. Proxima est nobis  
Germania quocq;: quam ampla:  
quam copiosa: quam abundans  
uiris fortibus: Verum et illa sua  
laborans magnitudine, suis ipsa  
uiribus fracta, quas calamitates  
non pertulit, proximis superiori-  
bus annis: quas clades non acce-  
pit: quæ in ea hominum: quæ op-  
pidorum: quæ populorum stra-



ges æditæ non sunt? Sola Polonia maximo maximi Dei beneficio fuit in hunc usq; diem ab ea calamitate immunis, quæ reliquas orbis Christiani partes õnes prope peruasisse uidetur.

Quam autẽ eius rei causam esse dicemus? num quod hostes nobis defuerũt, qui nos fortuna scq; nostras uexatas, direptas, euerfas cuperent? Atqui si qua gens alia, nostra præ cæteris, omni genere hostium, & eorum quidem potentissimorum circumsepta, et modo non circumfessa est. Viribus ergo illos, aut arte aliqua, & ingenio superauimus? Quamlibet nos amemus licet, tamen neq; numero Moschos, neq; robore Scythas, siue quis Tartaros uocare malit: neq; calliditate Valachos: neq; scientia rei militaris,



ris, finitimas nationes, quibus cū  
bellum nobis fuit, superamus.  
Sola fuit pietas, religio, fides in  
Deum firma, stabilis, & inuola-  
ta, Diui patris tui, Regis nostri,  
præclare de nobis meriti, q̄ nos,  
quæ fortunas nostras, quæ statu  
huius Regni incolumem conser-  
uauit. Huic acceptum ferimus,  
q̄ cæsis toties & profligatis hosti-  
bus, diuturna pax & tranquilli-  
tas huic Regno parta est: quod  
non modo quæ creabantur di-  
scrimina, & pericula ab eo pro-  
pulsata sunt, uerum etiã ne ma-  
iora inferrentur, quam quæ su-  
stineri aut arceri possent, proui-  
sum est: quod Regnum hoc mul-  
to florentius ad te transmissum  
est, non modo quam ipse Diuus  
parens tuus acceperat, sed etiam  
quam fuit aliquando post homi

num memoriam. Amavit Deus  
patrem tuum & ornauit eum.  
Amavit eius pietatem: amavit  
religionem: amavit puram fi-  
dem & incontaminatam: quam  
ille qualem a maioribus suis  
religiosissimis Regibus accepe-  
rat, talem ad extremum usq;  
uitæ suæ spiritum retinuit: ti-  
biq; de manu in manum tra-  
didit: te hæredem illius & su-  
cessorem instituit. Quam tu he-  
reditatem cum creueris, libenti-  
us etiam, quam aliam quamuis  
eam adire debes: si te: si regnum  
tuum, si nos fortunascq; nostras,  
saluas esse uis. Quæ nos omnia  
non alia spe, fidei potestaticq; tue  
commisimus, quã quod uestigia  
sancti patris tui, cum alijs in re-  
bus, tum in Deo illius exemplo  
pie colendo, te persecuturum esse  
persua



persuasum habemus. Quam tu  
opinionem de te nostram, indies  
magis atq; magis confirmabis:  
ut non magis nomine, quã uirtu  
te pietateq; Christiana, diuum  
parentem tuum te referre uidea  
mus: & eum in te uiuere sentia  
mus. Hæc sola est seruandi no  
stri seruandiq; tui ratio. Nec est  
extra hanc ulla alia, qua tu, qua  
nos quoq; salui esse possimus.  
Patrem pie in Deo colendo imi  
teris oportet, si paternæ foelicit  
tis hæres esse uis. Ecce ego, quẽ  
sue uoluntatis interpretem De  
us esse uoluit, promitto tibi &  
spondeo, illius nomine, qui cum  
sit ueritas, fallere nescit: omnia ti  
bi tuta fore & tranquilla: neq;  
defuturã patris tui in rebus ge  
rendis foelicitatem: si cuius fili  
us, hæres & Regni successor es,  
eius

eius iustitiam fueris, & pietatē  
imitatus. Quod cum ultro faci-  
as, facturum etiam te deinceps  
semper spem nobis minime du-  
biam ostenderis, currentē, quod  
aiunt, pluribus hortari necesse  
non est. Itaq; ad eū de quo scri-  
bere cæpi sermonē meum redeo.  
In quo ( ut sunt uaria hominū  
iudicia ) non deerunt fortasse,  
qui multa desyderent. Artem a-  
lij in tractando: splendorem ora-  
tionis alij, & uerborum eleganti-  
am requirent. Quibus nos pau-  
cis respondebimus: non fuisse  
nobis propositum declamantis  
more, artem dicendi in sermone  
hoc nostro ostentare, quam illi  
ipsi qui præcepta artis tradide-  
runt, celari ab oratore maxime  
in dicendo uolunt: sed artem po-  
tius bene uiuendi subiecto ante  
oculos



oculos domestico sancti Regi  
exemplo docere nos uoluisse. De  
peruulgando uero sermone hoc,  
cum a nobis initio conscriptus  
fuiſſet, minime nos cogitaſſe: qñ  
quidem uernacula lingua a no-  
bis habendus erat, ita ut habitus  
etiã eſt. Quod ſi tum in lucem  
eum edẽdum eſſe putauiſſemus,  
plus tamen curæ in eo expolien-  
do poſuiſſemus: quo illorum etiã  
am auribus pro uirili noſtra, ſa-  
tisfacere nobis licuiſſet, qui nihil  
ferre poſſunt, quod latine & qui-  
dem eleganter ſcriptum non eſt.  
Poſteaquam uero ſermo fuit a  
nobis habitus, grauiſſimis Reip.  
negocijs, quæ tua Maietas non  
ignorat, occupatis, tãtum nobis  
ocij non dabatur, ut quæ uel ad  
diſpoſitionem eius, uel ad elocu-  
tionem pertinent, ijs diligentius  
expen-

expendendis uacare potuiffemus  
Cum præfertim qui nobis in co-  
exigendo moleſti fuerunt, ij mo-  
ram longiorem ferre nequirent.  
Quare ſicut initio ſcriptus a no-  
bis fuerat, ita typis eum curaui-  
mus peruulgandum. Abs te pe-  
to, Rex inclyte, quicquid eiuseſt  
quod tibi per nos offertur, ut id  
grato animo accipias. Neq; ſe-  
mel audiuiſſe contentus, legas et-  
tiam iterum atq; iterum, qualia  
cunq; ſcripta hæc noſtra: quorū  
lectionem fructum tibi tamen  
aliquem allaturam nobis perſua-  
demus. Quod ſupereſt Deum p̄  
cor optimum Maximum, ut te  
nobis diu florentem & incolu-  
mem conſeruet: ut cum ſanctū  
Regem patrem tuum nobis ere-  
ptum eſſe, nō ſcire nō poſſimus:  
poſſimus tamen non ſentire: cū  
te veſti-

In  
fol  
in  
fol  
Ibi  
Ibi  
In



te uestigijs eius incedentem uide  
rimus. Quod pro sua magis in-  
effabili bonitate, quã pro nostris  
meritis, prestare nobis dignetur  
is qui fons est & author bono-  
rum omnium, dominus noster  
Iesus Christus. Quem etiã atq;  
etiam supplex precor, ut diutur-  
nam incolumitatem & rerum  
omnium prosperitatem tibi lar-  
giatur. Datum Cracouiã xi.  
Calen. Septembris Anno  
a Christo nato M. D.  
xlvij.

ERRATA.

- In fol. B v̄ animi interuallo lege anni.  
fol. C pag. 11 ut hoc in Polonia fuisse lege ut hoc  
in Polonie Regno fuisse.  
fol. D iij ad officium suum Regnũ lege Regium.  
Ibidẽ pag. 10. in Regno nostro lege Rege nostro.  
Ibidẽ pag. 12. Euangelizet nobis lege nobis.  
In fol. F pag. 10. transiet quasi. lege transibit.



p  
p  
c  
8



eu  
ge  
cl  
sic  
ri  
su  
lu  
is  
ge  
pe  
ce



**SERMO HABITVS**  
per Reuerendissimum in Christo  
patrem dominum Samuelem Ma  
cieio *Wski* Episcopum Cracouieñ  
& Regni Poloniæ Cancellarium  
in funere serenissimi domini  
Sigismundi primi Regis  
Poloniæ.

**B**Eatus diues qui inuentus  
est sine macula, & qui post  
aurum non abijt, nec spera  
uit in pecunia & thesauris  
Quis est hic & laudabim⁹  
eum, Ecc: 31. Vetus hic mos est, & lon  
go vsu iam inde a multis sæculis in Ec  
clesia Dei receptus, qui in fide & confes  
sione Christi obdormissent, quicq; memo  
ria dignum aliqd gessissent, eos ex loco  
superiore in æde sacra laudandi: non so  
lum vt qui debebat eorū virtuti fructus,  
is tributus videretur: cum aliam illi lon  
ge q̄ temporariam hanc mercedem ex  
pectent, quibus a Christo dictū est, *Math. 5.*  
Merces vestra copiosa est in cœlis: verum eti

B

am vt

am vt & consolationem ex eorum obitu  
propinqui lugentes accipiant, & ad eorū  
imitationem accēdantur, quos tam gra-  
tam sui memoriam reliquisse vident.

**Pro. 10.** Hoc sapiens ille dixit. Memoria iusti cū  
laudibus, & nomen impiorum putrescet  
Sicut enim vmbra corpus, ita virtutem  
laus & gloria comitari consuevit. Qua-  
re cum obdormierit nuper in Christo se-  
culorum Princeps dignus memoria, nō  
tam dominus q̄ parens noster, patriæq̄  
nostræ, Sigismundus Rex: quandoquid-  
em indignus ego pastoris in hac Eccle-  
sia locum teneo: laudato mōri satisfactu-  
rus, officij mei esse duxi, res gestas illius  
& virtutes, recensere magis enumeran-  
do, quantū temporis breuitas patietur,  
quam exornare dicēdo, De quo licet ea-  
dem verba mihi vsurpare, q̄ dixit olim  
Dauid de Abner Principe militiæ. Nū  
**2. Reg. 3.** ignoratis quoniā Princeps & maximus  
cecidit hodie in Israel? Nā reuera ceci-  
dit hodie, q̄ nemo vestrū ignorat, Prin-  
ceps maximus in Israel, Princeps mul-  
torū populorum, Princeps innumerabi-  
lium virtutum, Princeps cōsiliij, clemen-  
tiæ, fortitudinis, iustitiæ, cōtinentiæ, pie-  
tatis, graui-



tatis, grauitatis, religionis, sanctimonie:  
magnus natalium splendore, maior ge-  
starum a se rerum gloria, maximus om-  
nis generis virtutū excellentia. Hic itaq;  
rātus Rex, neq; magis aliorū, q̄ sui ipsi  
us & suarū affectionum Rex, Princeps,  
moderator, omniū maximus in Israel, in Ro. 9.  
populo Christiano, qui verus est Israel,  
non secundū carnem sed secundū pmis- Eccle. 10.  
sionem, cecidit hodie. Euenit illud quod  
ab eodem hoc Iesu Syrach dictum est:  
Rex hodie est & cras morietur, Cū em̄  
homo morietur hereditabit serpētes, be-  
stias, & vermes? Vbi nūc Maieſtas eius?  
vbi splendor? vbi gloria? Gloria eius si- I. Mach. 2  
cut scriptū est, stercus & vermis est. Ho-  
die extollitur & cras nō inuenietur, q̄a  
conuersus est in terram suam. Ecce glo-  
ria Regum quatenus ad ea quæ sunt ex-  
terna spectat. Ecce splendor Principum,  
ecce pompa magnatū, Sicut foenum q̄d Luc. 12  
hodie est in agro, & cras in clibanū mit-  
ritur. Sed est alia virtutū gloria de qua  
scriptū est. Semen eorū & gloria eorum  
non derelinquetur. Corpora ipsorum in Ecc. 44.  
pace sepulta sunt, & nomē eorū viuet in  
generationem & generationē, Sapienti

B ij

am eorū

am eorum narrent populi, & laudē eorū  
nūciet Ecclesia. De hac gloria, de laude  
sancti Regis nostri dicturus, hesternæ  
diei Epistolam enarrandā sumpsi. Que  
cū in memoriā sancti Martyris Christo-  
phori lecta sit, recte ad hunc nostrū accō  
modari potest: qui memor membra sua  
templū esse spiritus sancti, quē haberet  
a Deo, seq̄ non esse suū, sed emptū pre-  
cio magno: qd̄ diuū Christophorū fecis-  
se legimus, glorificabat & portabat Deū  
in corpore suo: portabat Christū in men-  
te sua: vt & ipse Christophorus recte vo-  
cari potuerit, nō q̄ manibus aliquando  
suis Christū gestauerit, sed q̄ nunq̄ illū  
ex animo suo suo elabi passus sit. Sed iā  
ipsum Iesum filiū Syrach dicentē audia-  
mus. Beatus inquit diues qui inuentus  
est sine macula. Beati esse volūt omnes,  
quid aut̄ sit beatos esse, nesciunt omnes:  
ne inter ipsos quidē philosophos in quo  
beatitudo vera consisteret conueniebat  
Alij in corporis, alij in fortunæ, alij in a-  
nimi bonis beatitudinē collocabāt. Hic  
sanctus David, beatum inquit dixerūt  
populū cui hęc sunt, nimirū salus & inco-  
lumitas, diuitiē & abūdantia: at beatus,  
inquit

1. Corin. 6



Inquit ille populus cuius dominus De-  
us eius. Beatum dicit Dauid, nō qui cor  
poris, nō qui fortunæ bonis abūdat, sed  
qui detrimentū hæc omnia facit, & arbi-  
tratur vt stercora, dū Christū lucrifaciat.  
Hoc beatitudinis genere Rex noster Si-  
gismundus imprimis fuit beatus. Sed  
neq; cætera illi defuerunt, vel corporis,  
vel fortunæ, vel animi bona. Vidistis om-  
nes quæ fuerit corporis in eo plus quam  
heroica species, procul etiā Principē  
ostētans, quæ proceritas, quæ Regia oris  
dignitas. Vidistis faciem sic ex amabili  
quadā venustate pariter ac Maiestate tē-  
peratā, vt neq; gratia minueret reuerēti-  
am, neq; dignitas officeret gratiæ. Vidi-  
stis talem oris habitū, qualē & hostes for-  
midare, & vereri possent improbi: boni  
vero nō possent non amare. Sic augustū  
vt nihil amabilius, sic rursus amabilē, vt  
nihil esset augustius. Vt sileā interim  
istos humeros, ista latera, vires istas & ro-  
bur, quibusuis principe dignis muneribus  
obeundis par. Non illū frigus, non  
æstus offendebat, cum esset valetudine  
quoq; firma satis, quoad ætas ferre potu-  
it. Nam cū ad octogesimū annū ppius

*Pfal.* 89 accessisset, nihil iam restabat amplius, quod  
labor & dolor, Itaque nihil ei defuit in cor  
poris bonis. Sed & fortuitis illis abunda  
bat: inquit quae precipuum habet excelso loco  
natum esse: quo nomine quod esse potuit Re  
ge nostro beatus? qui Rex ipse, Regis fu  
it filius, quatuor Regum nepos, trium Regum  
frater, Regis & Reginae patruus, Regis  
socer, Regis & Reginae pater, Reginae  
magnae patruus: ut siue sursum versus oculos,  
siue deorsum, siue in quamcumque partem fle  
ctas, nihil nisi Reges videas. Nam & pat  
rum & maternum genus a Regibus duxit,  
Pater eius Casimirus Rex fuit, Vladi  
slai Jagellonis Regis filius. Mater Eliza  
betha Alberti Romae Hungariae & Bo  
hemiae Regis filia, Archiducis Austriae.  
Atque ita utroque auro Rege prognatus est.  
Patrum habuit Vladislaum Hungariae  
& Poloniae Regem: Auunculum Ladislaum  
Hungariae & Bohemiae Regem: fratres  
Reges tres: Vladislaum Hungariae &  
Bohemiae, Ioannem Albertum & Ale  
xandrum Poloniae: Nepotem ex fratre  
Ludovicum Hungariae & Bohemiae: ne  
ptem ex eodem Annae Ferdinandi Romae  
Hungariae & Bohemiae Regis uxorem.

Gene



Generum Ioannem Hūgarie Regem,  
cui filiam suā Isabellam collocauerat: cuius  
etiā antea sororē vxorē duxerat: pro-  
neptem Elizabetam Polonie Reginā,  
que filio eius huic Regi nostro nupserat  
Ferdinandi Romanorū &c. Regis filiā.  
Habuit p̄terea fratrem Fridericū Cardi-  
nalē, & aliū Casimirū propter insignem  
vitę sanctimoniam in diuorū numerū rela-  
tum: qui hodie q̄q̄ multis clarus est mi-  
raculis. Adeo vt ipsos etiā cœlites arcta  
sibi necessitudine coniunctos habuerit.  
Nam & ex materno genere qui primus  
fuit Austriæ Dux, is primus Christianā  
fidem professus, si Raphaeli Volaterra-  
no credim⁹, martyrii coronam accepit.  
Diuus quoq̄ Leopoldus Austriæ Dux  
in diuorum album ascriptus, multa &  
ipse ædidit miracula. His ergo progna-  
tus est maioribus, non generis magis no-  
bilitate, q̄ vitæ morumq̄ sanctitate cla-  
ris. Nam & Auus Vladislaus quāto stu-  
dio Christiana fide Lituanos idolis dedi-  
tos imbuendos curauerit, annales no-  
stri loquuntur. Non erubuit vere Rex  
Christianissimus, ipsa etiam fidei rudi-  
menta ex p̄scripto sacerdotum docere

B iij apud

apud quos interpretis officio fungi non  
putabat indecorum. Sorores habuit se-  
ptem, quarum quæ maxima fuit natu  
Heduigis, Georgio Duci Bavarix, co-  
gnomento diuiti, nupsit. Cuius filia Eli-  
zabeth, Ruperto Philippi Palatini Rhe-  
ni Electoris filio collocata est, ex qua  
duo filij prognati sunt, Philippus, & Ot-  
to Henricus, qui fuit hic, Proxima Zo-  
phia Friderico Brandemburgen Marchi-  
oni in matrimonium data est, ex qua  
octo filij processerunt, Casimirus cuius  
hic filius adest, Albertus iunior, Geor-  
gius, Albertus, quem pntem videtis, in  
Prussia Dux: Ioannes, Fridericus, Guil-  
helmus Archiepiscopus Rigenfis, Ioan-  
nes Albertus, Gumbertus, filia quinque  
Duæ vero Elizabethæ virgines deceffe-  
runt, Quinta Anna Bogullao duci Po-  
meraniæ, ex quo tres filios, totidem sus-  
cepit filias, Sexta Barbara, Georgio Sa-  
xonie duct, ex qua tres filij nati sunt, fi-  
liæ quinque, Septima Elizabeth Frideri-  
co nupsit Duci Legniceñ. Habuit etiã  
ex priore vxore filiam Heduigim, quæ  
connubio iuncta est Ioachimo Marchi-  
oni Brandemburgen Electori. Atque ita  
preter



pter etiam' Imp: & Rom: Regiã Ma-  
iestates, qui nullum in terris habuerunt  
hoc Rege sibi genere propinquiorem,  
nec in Germania Dux fere fuit aliquis  
insignis, quem non arcta sibi habuerit  
affinitate copulatum. His natalibus qd  
esse potuit illustrius? quid hoc genere se-  
cundius? ex quo tanq; ex equo Troia-  
no tot Reges & Principes prodierunt.  
Quod si, vbi amici tibi opes, quid esse po-  
tuit opulentiùs hoc Rege? tot amicis tã  
potentibus circumsepto? Sed neq; illæ  
opes ei defuerunt quæ diuitiæ vocant.  
Scimus enim qui fuerit status Regum  
nostrorum ante hunc: non modo nullas  
opes habebant reconditas, verum etiam  
per exigua fuit Regni portio, quæ nõ ab  
alijs possideretur: cum per eos, qui ante  
hunc ad Regni gubernacula sedebant,  
tot Castra, tot Oppida, tot Prædia pigno-  
ri obligata fuerint, Simul vero noster  
hic Rex fuit designatus, vnus aut alte-  
rius anni interuallo centena millia ali-  
quot dissoluit, bona liberauit, pecuniæ  
tantum collegit, quantum vix vllũ vnq;  
Poloniæ Regem habuisse cõstat. Quod  
ego in laudibus eius recensere & in be-

atitudinis parte numerare non audent, di  
nisi beatum diuitem a sapiente dictum qu  
legerem. Neque enim existimare debetis in  
1. *Thim.* 4. malas esse diuitias, cum omnis creatura co  
Dei bona sit: sed qualis est vsus earum fi  
tales sunt. Hoc est quod dicit Ambrosi ne  
us, diuitie hominis ad redemptionem ter  
anime debent proficere, non ad destru au  
ctionem. Et thesaurus est redemptio, si ip  
quis eo bene utatur, Et iterum laqueus pr  
est si quis uti nesciat, Sed videamus qua lir  
lem diuitem beatum dicat Iesus Syrach re  
Beatus inquit diues, Nunquid omnis au  
diues? Minime vero: sed qui inuentus qu  
est sine macula: qui post aurum non a ta  
bit: qui non sperauit in pecunia. Primu sy  
ergo ut sit beatus diues, requiritur, ut ha m  
beat diuitias bene partas, deinde ut pos or  
sidaeat diuitias, non possideatur ab illis: pi  
postremo ut ne spem in illis collocet. Pri ui  
mum illud valde difficile est, ut sit diues A  
aliquis, & inueniatur sine macula: ut non m  
dolo aut fraude partas, ut non ex rapina ni  
& ex oppressione pauperum quesitas op di  
pes habeat. Hoc est quod in eodem libro un  
legitur. Si diues fueris non eris immunis no  
a delicto. Hoc est quod Christus uocat ce  
diuitias

*Ecc.* 11.

*Luce* 16.



re, diuitias, Mamona iniquitatis. Hoc est  
quod dicit Hiero: Diues aut iniquus, aut  
iniqui haeres. Quod si cui haec foelicitas  
contigit, vt diues inueniat sine macula,  
sine fraude, sine rapina, sine oppressio-  
ne, nondum is beatus est, Necessse est p-  
terea vt ipse post aurum non abeat, sed  
auru potius abeat post ipsum: hoc est: vt  
ipse dominetur auro, non aurum ipsi: ne  
propter aurum, qua creatura Dei est re-  
linquat creatorem, sed propter creato-  
rem potius si necessitas postulat relinqt  
auru. Hoc quoq perdifficile est, Nam  
qui volunt diuites fieri, in eidunt in ten-  
tationem, & in laqueum diaboli, & de-  
syderia multa & inutilia & noeuia: qua  
mergunt homines in interitu & perditio-  
ne, Radix enim omniu maloru est cu-  
piditas. Neq sine causa poeta exclama-  
uit, Quid non mortalia pectora cogis,  
Auri sacra fames? Sed neq tertiu illud  
minus est difficile, non sperare in pecu-  
nia & thesauris. Vbi est thesaurus tuus  
dicit Christus, ibi est cor tuu, Thimote-  
um monet Apostolus, diuitibus p-  
cipe non subline sapere, neq sperare in in-  
certo diuitiarum, sicut sperabat diues il-  
le, qui

*1. ad Thes  
5. capit.*

*Mat. 6.  
1. Thim. 6*

- Luce 12.* Ie, qui dixit. Anima habes multa bonata  
 posita in annos plurimos, requiesce, co-  
 mede, bibe, epulare. Dixit autē illi De-  
 us, Stulte hac nocte animam tuam repe-  
 tent a te? quę aut parasti cuius erunt? sa-
- Luce 18.* De talibus diuitib<sup>9</sup> dixit Christus, Quā-  
 difficile qui pecunias habent in regnum  
 Dei introibunt: facilius est enim came-  
 lū per foramen acus introire, quā diuitē illi  
 introire in Regnum Dei. Ac ne quis de A-  
 omnibus habentibus pecunias id esse dis-  
 cū putaret, alio loco, quid velit his ver-  
 bis explicat dicens. Quam difficile est p̄-  
 confidentes in pecunia in Regnū Dei  
 introire. Nō omnis ergo diues a Regno  
 Dei excluditur, sicut nō omnis diues bee-  
 atus dicitur: sed is tantū qui inuentus est nō  
 sine macula, qui post aurū non abiit, qui  
 non sperauit in pecunia. Talis aut diues  
 difficulter inuenitur, Quare dicit Iesus vo-
- Pro. 10.* Syrach. Quis est hic & laudabimus eū, nī  
 Quis est hic cuius substantia nō sit vrbs est
- Pro. 10.* fortitudinis eius? Quis est hic qui cum illi  
 beato Iob gloriari possit, quod nō puta-
- Iop 31.* uerit aurū robur suū, quod non dixerit, nī  
 obrizo, fiducia mea? Quis est hic & lau-  
 dabimus eū? fecit enim mirabilia in vi-  
 ta sua.



onata sua. Quā est admirabile in igne ver-  
co-fari, & igne nō vri: tam est illud admira-  
De-bile, auro abundare, neq; vel malis arti-  
pebus id adeptū esse, vel a recto, illius cau-  
nt: sa nō deflectere, vel fiducia in illo suam  
Quā nō collocare. At de nostro Rege cōfidē-  
umter dicere possumus, quod talis diues fu-  
ne-erit vere beatus. Nam si quisq; diuitum  
itē ille p̄ ceteris inuentus est sine macula.  
de Audiuistis in his, quę proxime habita-  
e d sunt, comitijs, eum Samuelis verbis vos  
er alloquentem. Meministis quę dixerit,  
est p̄nte Christo hoc Dei, filio suo Rege no-  
Deistro. Nōne hęc illius fuit oratio? Loqui- 1.Reg.12.  
nōmini de me corā domino et corā Christo  
beeius, vtrū bouē cuiusq; tulerim, aut asi-  
ēst nū: si quem piā calūniatus sum, si oppres-  
quisi aliquem, si de manu cuiusq; munus a-  
rescepi: & cōtemnā illud hodie, restituāq;  
us vobis. Nōne taciti oēs assensū estis, quod  
eū, nihil ei usmodi fecerit? Nonne testatus  
bs est ille Deum & Christū hūc eius in die  
m illa, q̄ non inueneritis in manu eius qd-  
ta-piam? Fuit Rex optimus, innocens ma-  
rit: nibus & mundo corde. Tantūq; ab eo Psal. 23.  
au abfuit, vt alieni sibi quicq; vsurparet, vt  
vi de suo cederet potius. Nam quo fuit po-  
tentior

tentior, hoc diligentius cauebat, ne quid  
 per potētiam fecisse videretur, Non me-  
 do ab iniuria, verum etiam ab omni spe-  
 cie iniurię abstinebat: memor eius quo-  
 scriptū est. Ab omni specie mala vos abs-  
 tinete. Itaq; cū unlo mortaliū gratior &  
 iucūdiōr fuit, quā cū illo, vicinitas. Ipse  
 sum mouebat potius q̄ vt sum mouere  
 quēq;. A deo ferre iniuriam Regiū esse  
 magis existimabat quam facere. Inue-  
 tus est ergo iste diues sine macula. Se-  
 neq; post aurū abijt, sed aurū potius pos-  
 ipsum. Ipse auro nō ipsi aurū imperaba-  
 Quodq; scriptū est, pecunię obediunt  
 omnia, in ipso locū non habebat. Qui  
 ipsi potius obediebat pecunię: cum se-  
 per illius loci memor esset. Diuitię si a-  
 fluant nolite cor apponere. Itaq; vltro e-  
 tiā oblatas sibi diuitias respuebat. Quia  
 Regna magis abundant auro & argen-  
 to, q̄ Hūgarie Regnū & Suetie; vtrūq;  
 tamen sibi delatū itidem vt & Bohemie  
 Regnū repudiauit: vsq; eo fuit ab omni  
 cupiditate remotus, Tanto magis diue-  
 quanto minus appetebat. Non abijt er-  
 go post aurum: sed neq; sperauit in pecu-  
 nia & thesauris, Sonabat enim subinde  
 in aurū



in auribus eius vox illa Christi: Nolite  
thesaurizare vobis thesauros in terra  
vbi erugo & tinea demoliuntur, & vbi  
fures effodiunt & furantur: thesaurifa-  
te aut vobis thesauros in caelo, vbi neq;  
erugo, neq; tinea demoliuntur, & vbi fu-  
res non effodiunt nec furantur. Omnē  
ergo fiduciam suam, non in incerto di-  
uitiarum, sed in Deo viuo collocabat, q;  
constat nobis omnia abunde. Memor illi-  
us prophetici: Beatus vir qui confidit Yere. 17.  
in domino, & erit dominus fiducia ei.  
Quare studebat esse diues in bonis ope-  
ribus, facile tribuebat: communicabat  
necessitatibus sanctorum. Ideo nunc e-  
ius Eleemosinas enarrat omnis Eccle-  
sia sanctorum. Multa in templa Dei or-  
nanda, instauranda, noua etiā ædifican-  
da, multa in ministros eorum confere-  
bat. Non longe abire necesse est. Sacel-  
lum hoc in proximo videtis quāto sum-  
ptu exædificatum, deinde quanta cura  
prouisum est ministris, vt pie Deum in  
illo colerent. Quid dicā de Ecclesia Ca-  
thedrali Vilnē: quę cum proxime con-  
flagrasset, ipsius opera potissimū, & pe-  
cunia denuo est exædificata: vt interim  
alia tem:

alia templa silentio p̄teream, quę ille si  
non extruxit, vt extruerentur, vel pecu-  
nię partem, vel materiam tamen suppe-  
ditando, adiunxit. Neq; vero minorę vi-  
uorum Dei templorum curā gessit. Nā  
& in ministros Dei sacerdotes, & in pau-  
peres quosuis, qua fuerit liberalitate, sci-  
tis. Interea tamen euenit illi quod scri-  
ptum est, Alij diuidunt propria, & diti-  
ores fiunt, Alij rapiunt non sua, & sem-  
per in egestate sunt. Sicut enim apud  
vicinos factum videtis, qui plurima ra-  
puerūt non sua, qui templa spoliauerūt  
qui ministros Dei suis fructibus fraudau-  
erunt, eos ad summam tandem egesta-  
tem recidisse. Sic contra noster hic, qui  
fuit liberalior in Ecclesias & earum mi-  
nistros, quo plura tribuebat egentibus  
hoc abundabat magis, hoc maiores opes  
reliquit. Adeo verum illud est, Fœnera-  
tur domino qui miseretur pauperis, &  
vicissitudinem suam reddet illi. Sed re-  
liqua lectionis huius videamus. Qui p̄-  
batus est inquit, in illo: intellige in auro,  
Diuitię enim & potentia dicit, recte qui  
dam, quamuis Ethnicus, certissimū faci-  
unt morum experimentum. Aut enim  
meliores

Pro. II.

Pro. I9.



meliores propter hęc, aut peiores sumus  
Quod enim index auro hoc aurum est  
homini. Illud enim indicat qualis quis  
sit. Sic probati sunt in auro Melchize-  
dech Rex, Abrahā, Isaac, Iacob, Ioseph,  
Dauid, & perfecti inuenti sunt. Sic post  
Christum quod natum, sancti Reges  
nonnulli probati sunt. Et int̄ alios Rex  
hic noster Sigismundus probatus est in  
auro & perfectus inuentus est, vicit au-  
rum, non est victus ab auro. Et erit illi  
gloria æterna. Hoc premiū accipiet, vel  
accepit iam. Audiuisse enim eum spe-  
ramus iucundam illam vocem & omni-  
bus expetendam. Euge serue bone & fi *Math. 25.*  
delis. Quia supra pauca fuisti fidelis, su-  
pra multa te constituam. Intra in gaudi-  
um domini tui. Sequitur in contextu.  
Qui potuit transgredi & non est trans-  
gressus. Et quasi exponens quid sit tras-  
gredi, subiungit: facere mala, & non fe-  
cit. His verbis clarius etiam explicat Ie-  
sus Syrach quomodo diues in auro pro-  
batus & perfectus inuentus sit. Nemo  
enim transgrediendi potestatem habet  
maiores, quā qui diues, qui potens est,  
cui fluunt ad voluntatem omnia. Paup

C

si velis

si velit non perinde transgredi potest,  
neque enim parem habet facultatem: non  
desunt qui libere admoneant, qui prohibeant,  
qui metu etiam iniecto in officio  
contineant, ut si minus virtutis amore  
saltem pæne formidine a peccato arceatur,  
propterea paupertatem Augustinus  
philosophiæ magistrâ vocat, Chrysostomus  
vero quendam esse dicit manu-  
ductionem in viam, quæ ducit ad cælum.  
Vnctionem Athleticâ, exercitationem  
magnâ & admirabilẽ, portum tràquillũ  
Opes contra recte quidam vocauit irri-  
tamenta malorum. Nam & Sodome non  
alia memoratur iniquitas, nisi superbia,  
saturitas panis, & abundantia, & otium,  
Neque sine causa Poetæ Plutum cœcum  
finxerunt, non solum quod citra discrimen  
diuitiæ dignis contingunt aut indignis,  
verum etiam quod quibus contigerunt,  
eos cœcos reddunt ac plerumque demen-  
tant: accedente præsertim turba assen-  
tatorũ qui ex stultis insanos faciunt: qui  
ad gratiam omnia loquuntur. Quorum  
hæc nonnunquam voces audiuntur, licere  
Principi quod libet, esse Principem solu-  
tum legibus, quod Principi placuit vi-  
gorem

Exe. 16.



porē legis obtinere. Magna hęc est ma-  
gnorum virorum infœlicitas, qđ non fe-  
re veritatem audiunt. Vnde quidam di-  
xisse fertur. Diuitum & Regum filios  
nihil recte discere nisi equitare. Nam si-  
ue literas: siue palęstram, siue quicquid  
aliud doceantur, assentari omnes, cede-  
re ac submittere se, solum equum non  
intelligentē priuatus ne sit sessor an Rex  
diues an pauper precipitare si quis artē  
equitandi nesciat. Cęterum quo diffici-  
lius est diuitem: & qui cum imperio ~~u-~~  
satur non transgredi, hoc est preclarius.  
Recte ergo beatum vocat Iesus Syrach  
diuitem, qui potuit transgredi, & nō est  
transgressus, hoc est facere mala & non  
fecit. Nam vitium in transgressione, vir-  
tus est in modo. Sicut enim sanum dici-  
mus corpus in quo temperatę sunt qua-  
litates, vt neq; frigus, neq; calor, neq; sic-  
cum excedat, aut humidum. Si quid au-  
tem horum transgreditur morbum vo-  
camus. Ita est sanitas quędā animi quę  
virtus dicitur, quę in mediocritate consi-  
stit, vbi temperatę sunt affectiones. Est  
rursus morbus qui vitium in transgres-  
sione, quę nihil aliud est q̄ declinatio

vel in dextram vel in sinistram. Hoc est  
Deut. 5. quod per Moysen precipit Deus, Via  
Regia ambulabis, & non declinabis neque  
ad dextram neque ad sinistram. Via Re-  
gia temperata est, nec plus in se habens  
nec minus. Verbi gratia. Via Regia pru-  
dentia est; ad dextram declinat, qui plus  
sapit quam oportet, ad sinistram qui minus  
quam necesse est. Transgreditur uterque, trans-  
grediendo peccat. Via Regia incedit quod  
Ro. 12. modum seruat, qui sicut Paulus admo-  
net, sapit ad sobrietatem. Rex hic no-  
ster potuit transgredi & non est transgressus  
non declinavit ad dextram cum sciret  
Ro. 11. scriptum esse, Noli altum sapere, sed ti-  
me. Et rursus. Non plus sapias quam neces-  
se est, ne obstupescas. Re vera si quisquam  
alius hic est grauissimus animi morbus,  
si quis apud semetipsum prudens est: quod  
Ro. 12. prohibuit Paulus dicens, Nolite esse pru-  
dentes apud vosmetipsos, Propheta quoque  
Eza. 5. comminatur talibus. Ve inquit qui es-  
tis sapientes in oculis vestris, & coram  
vobismetipsis prudentes. Inde hereses,  
inde existunt schismata, dum se solum  
quis intelligere, ceteros omnes desipere  
sibi apertos oculos, ceteros in vniuersum  
coecos



cœcos esse putat. Sed audite quid dicat  
eiusmodi dominus. Si cœci inquit esse.

1041.9.

tis, non haberetis peccatum, nunc vero  
dicitis, quia videmus, peccatum ergo ve-

strum manet. Quæ: malum: ista est cœ-

cititas mentis, cæteros omnes cœcitatibus  
condemnare, sibi soli apertos esse oculos  
existimare? Vnde autem ea oritur nisi

ex inobedientia. Sic primi parentes no-

stri, postq̄ ab obediētia Dei recesserūt,  
& de vetito ligno scientiæ gustauerunt,

dicit scriptura, q̄ aperti sunt oculi eorū.

Sic & Ionathæ cum contra sui patris in-

1. Reg. 14

terdictum de melle gustasset, illuminati  
sunt oculi eius. Sed v̄ illis quibus ad  
hunc modum aperiuntur & illuminan-

tur oculi. Per hanc enim illuminationē  
& Adā e paradiso eiectus, & Ionathas  
Regni successione priuatus est, Caue-

Gene. 2.

ant ergo sibi, qui ab Ecclesiæ obedientia  
cum recesserint, apertos sibi esse oculos  
gloriantur. Ireneus illum Gene: locum  
explicans. Ex omni ligno paradisi co-

C in̄ sicut dii,

**Ez. 14.** sicut dñi, ne velitis esse similes altissimo,  
sicut ille qui propterea de cœlo deturba-  
tus est. Ne velitis solis vobis verum scri-  
pturarum intellectū arrogare. Quę bo-  
nę quidem sunt, sed elatus sensus mal⁹  
est. Elatus autē sensus est, sensus priua-  
tus, sensus singularis, sensus ab Ecclesie  
sensu dissidens, quando scilicet quis non  
Ecclesie spiritum sequitur, cuiusmodi

**Eze. 13.** dominus comminatur, dicens, Vę pro-  
phetis insipientibus, qui sequuntur spiritum  
suum & nihil vident. Fugite per  
Deum immortalem, fugite talem sapiē-  
tiam, quę non est desursum descendens,

**Iaco. 3.** sed terrena, animalis, diabolica. Quis e-  
nim fructus eius nisi zelus amarus, nisi  
contentio, cum ea quę desursum est sa-  
pientia, primum pudica sit, deinde paci-  
fica, modesta, suadibilis, bonis consenti-  
ens, plena misericordię & fructibus bo-  
nis. Hanc diuus Rex noster amplexus

**Psal. 130.** est, huic nitebatur. Non est exaltatum

**Ecc. 3.** cor eius, neq; elati sunt oculi eius, Non  
ambulabat in magnis, neq; in mirabili-  
bus super se. Altiora se non querebat,

**Rom. 12.** fortiora se non est scrutatus. Non erat  
inter alta sapientes, verum inter humili-  
bus consen-



bus cōsentientes, in captiuitatem redi- Co. 19.  
gebat intellectum suum, in obsequium  
Christi, & corporis eius Ecclesie: atq; ita  
non declinabat in dextrā vt saperet plus  
q̄ oportet sapere, sed nec in sinistrā de-  
clinabat, vt minus saperet q̄ necesse est,  
& imprudentia peccaret, quod fit ab ijs  
qui temere agunt & precipitanter, Cum  
puer esset sancte fuit a parentibus edu-  
catus, neq; leniter sacris biblijs imbuit<sup>9</sup>,  
& in Salomonis ac Iesu Syrach scriptis  
diligenter versatus. Ibi legerat ante om-  
nem actum: consilium stabile p̄cedat. Eccol. 37.  
Via stulti recta in oculis eius, qui autē Pro. 12.  
sapiens est audit consilia. Qui agūt cun- Pro. 13.  
cta cōsilio, reguntur sapientia, salus, vbi Pro. 14.  
multa consilia. Talibus p̄ceptis puer im-  
butus, quoniam, non priuatam, sed pu-  
blicam totius Regni se personam susti-  
nere intelligebat, vt neq; recti facere ni-  
si publico omnium bono, neq; peccare  
nisi publico omnium malo posset, non  
vlla de re, sine consilio Senatorū quicq;  
statuebat, quin etiā leuissima de re que-  
situs, non nisi deliberatus respondebat.  
Memor eius quod scriptum est, sit autē  
omnis homo velox ad audiendū, & tar-

**146.1.** dus ad iram. Quare sermones ad mensuram proferebat, examinatos libra iustitię, vt esset in sensu grauitas: in sermone pondus, in verbis modus. Videtis ergo quomodo prudenter & sapienter omnia faciēdo Rex noster transgressus nō est, quomodo via Regia incessit non declinando in dextram, vt plus q̄ oportet saperet: neq; in sinistram, vt minus sapere videretur p̄cipitanter aliquid agendo. Nunc ad filiam prudentię fortitudinē veniamus. Nam quę prudentia destituta est fortitudo, ea nomen fortitudinis

**144. 11.** non meretur. Propterea Propheta iungit hęc duo, spiritum consiliū & fortitudinis. Destruitur enim (vt sancti illius verbis vtar) fortitudo, nisi per consiliū fulciatur. Quia quo se plus posse conspiciat, eo deterius sine moderatione in p̄ceps ruit. Est ergo via Regia fortitudo quoq; Declinat ad dextram qui temerarius est & audax, ad sinistram qui pauidus est & formidolosus. Diuiditur aut fortitudo in res bellicas & domesticas. Vtraq; clarus fuit Rex noster. Bellica fortitudo quāta in illo fuerit tot victorię declarant, quas insignes de suis hostibus reportat-



reportatit. Fuit enim animo imperterrito  
to vt quoties necessitas postularet, obij-  
cere periculis vitam suam nō dubitaret,  
Atq; ita in sinistra non declinabat, Mul-  
to minus aut in dexteram, Nulla enim a-  
re magis fuit q̄ a temeritate remotus.  
Pacis enim & tranquillitatis studiosus,  
propulsabat magis bellum quā infere-  
bat, neq; nisi necessitate compulsus, bel-  
la suscipiebat, qd quāta mala secum tra-  
heret non ignorabat, neq; aliud in susci-  
piendo bello, q̄ pacem querebat. Non  
ille sui fiducia peccabat, quam p̄sumpti-  
onem vocant, multo minus pusillanimi-  
tate. Sed magno quodam & excelso cū  
esset animo, nulli neq; homini, neq; per-  
turbationi animi, neq; fortunę succum-  
bebat, Non metu frangebatur, non pote-  
state mutabatur, non extollebatur pro-  
speris, non mergebatur tristibus. Idem  
in illo vultus: eadem semper frons appa-  
rebat, cum nulla mentis qua vultus fin-  
gitur, fieret mutatio. Philosophorū quo-  
rundam est sententia, Sapientis animū  
talem esse, qualis est supra lunā mundi  
status, semper illic serenum est, nullae  
apparent nebulae, nullę pluuie, nullę tē-

pestates: talis erat animus Regis nostri, in quem nullæ propemodū perturbatio nes cadere visæ sunt, vt non verbo magis diceretur, quā esset re ipsa Serenissimus. Nam non modo tranquillus ipse fuit, verū etiam tranquillabat & serenabat omnia, non suo modo in Regno verum & in alijs, vbicumq; ciuile bellū excitari cognouerat, sedare pro virili conabatur. Quanto labore, quanto sumptu suo: de Regno Hung: int̄ se armis disceptantes Ferdinandū & Ioannē Reges in gratiā reducere nitēbatur? Quāto studio contendebat, vt inter Imperatorem & Galliarū ac Daniæ Reges, pacem conciliaret? De sedanda vero seditione nuper in Germania coorta, credibile nō est, quā sollicitus fuerit. Necq; sumptib<sup>9</sup> parcēbat vllis, quoties id aut Christianæ Reipub<sup>9</sup>, necessitas, aut Regni sui ratiōes, aut sua ipsius dignitas postulabat. Testantur hoc impensæ factæ in legatos, qui de cōponendis Regib<sup>9</sup> Christianis non semel missi fuerūt: & in eos qui missi ad se essent liberaliter habent. Testantur effusæ ex fisco pecunię in militem in finibus alendum, in sarcinenda  
damna,



damna, quæ semel & iterum per latrun-  
culos quosdam ex terris Maiestatis eius  
Turcis & Tartaris illata fuerunt: in Tar-  
taros muneribus deliniendos: quo eos  
quasi in sua semper haberet potestate,  
Testantur soluta militibus stipendia quæ  
a Ioanne Alberto & Alexandro fratri-  
bus debebantur. Dotes quatuor sorori-  
bus numeratæ, quæ a fratribus promisi-  
sæ, neque tamen missæ fuerant, Filiabus  
vero duabus, quibus quæ Paraphernorū  
nomine addita fuere, dotem etiam prope-  
modum superabant. Testantur tot insang  
substructiões in hoc Cracouienē, in Vil-  
nenē, in Sandomirienē, in Camenecenē,  
Leopoliēnē, Corcinenē Castro & alijs in  
multis locis. Nullus ut vno hoc in Polo-  
nia fuisse Rex magnificentior videatur  
Quod quidem per hunc potissimum il-  
lustratum est: & celebrius factum, quæ fu-  
it vnquam antea, Ipse splendorē in hoc Re-  
gnum, ipse politiam primus inuexit, cum  
inter barbaros antea numerati fuissim⁹.  
Fuit ergo Rex noster magno & excelsio  
animo in rerum externarum despicien-  
tia, sed non minore in perferendis dolori-  
bus, & aduersis tolerandis, quibus ne-  
quaquam

quæ animus eius frangebatur, Nā siue  
à Deo immittebantur aliqua, vt morbi  
& grauissimi totius corporis cruciatus,  
quos sæpe sustinebat: non sine quadam  
admiratiōe beati Job in eo patientiā vi-  
dere licuit, non modo murmurare cōtra  
Deum auditus non est, sed ne verbum  
quidem asperius contra quæcūque aliquod  
proferre visus est. Siue etiam Satanæ in-  
sidijs tētaretur, forti atq; infractō animo  
confusus in eo qui vicit mundū, qui con-  
culcauit Leonem & Draconem, omnia  
tela nequissimi ignea: scuto fidei pro vi-  
rili sua extinguere conatus est, Deo co-  
natū eius adiuuante. Siue homines eti-  
am aliquando persequerētur maledictis  
iniurijs, contumelijs incesserent, nō alio  
animo tulit hæc quam tulerat olim Da-  
uid Semei sibi maledicentem, memor  
illius quod scriptū est, Melior est patiens  
viro forti, & qui dominatur animo suo  
expugnatore vrbium. Recti se consciē-  
tia consolabatur, neq; aliud maius & ho-  
nestius vindictæ genus esse persuasum  
habebat, q̄ ignoscere. Quod in magni  
cuiusdam Imperatoris laudibus positū  
acceperat, eum obliuisci nihil solere nisi  
iniurias,

Ioan. 15.

Psal. 90.

Ephe. 6.

2. Reg. 15.

Pro. 16.



injurias, id ipse ita imitabatur, vt etiam superior euadere conaretur. Nam non ignoscebat modo, verum etiam diligebat inimicos suos, iuxta Christi preceptum, & benefaciebat ijs qui oderant eum, Nō vincebatur a malo, sed vincebat in bono malum. Ac bona pro malis reddendo: carbones ignis cōgerebat super capita persecūtiū se. Atq; vna hac re testatum cunctis faciebat se filiū esse altissimi, qui benignus est etiā super ingratos & malos, Neq; vero in ijs modo rebus fortitudo eius lucebat: Sed cū illud memoria teneret, non qui cæperit, verum qui perseuerauerit, vsq; in finem saluus erit: summa in eo fuit laus perseuerantiæ, Non ille vt paruulus fluctuabat, neq; circumferebatur omni vento doctrinæ: Non erat similis fluctui maris qui a vēto mouetur & circumfertur: sed cum esset fundatus super petrā: nullæ pluuiæ, nulla flumina, nulli venti irruentes dimouere eum de recto sensu, deq; vera Christi fide potuerunt. Dicebat cum Hieronymo. Illam senex tenebo fidem in qua puer natus sum. Sed & alijs omnibus in dictis factisq; suis, sum

Math. 5.

Rom. 12.

Math. 10.

Ephe. 4.

Iaco. 1.

Math. 7.

ma fu

ma fuit constantia. Neq; transgredieba  
tur vel ad dextram declinando, vt esset  
pertinax & p̄fractus: quo vitio nullum  
potest esse, in principe p̄sertim, maius  
vitium, vel in sinistram, vt esset mollior  
quā oporteret. Dabat ille locū rectis cō  
silijs, neq; suo iudicio tantum tribuebat,  
quin cederet consentienti iudicio & vo  
luntati Senatorū suorū. De quorum cō  
silio si quid statuisset, de eo priusq; ad de  
crepitam senectutem peruenisset, nulla  
se ratione deduci patiebatur. Fuit ergo  
fortitudinis quoq; laude beat⁹ Rex no  
ster: neq; transgressus est: vt vel in dex  
tram vel sinistrā declinaret. Est via Re  
gia temperantia quoq; quam ordinem  
& modum quendā esse volunt omnīū  
quæ fiunt quæq; dicuntur. Hunc ordi  
nem & modū transgreditur, qui vel in  
dextram declinat vel in sinistrā. In dex  
tram declinat, qui sensum omnem & hu  
manitatem refugit, qui etiā ab ijs absti  
net sine quibus natura conseruari non  
potest: Cū rationabile Paulus obsequiū  
nostrum esse iubeat. Timoteum etiā  
hortatur, vt ab aqua abstineat, vino mo  
dico vtatur propter stomachum. In sini  
stram qui

Rom. 12.

1. Tim. 5.



strā qui nimio plus voluptatibus indul-  
get, siue quæ ex cibo, siue quæ ex potu,  
siue quæ ex rebus obscenis percipiunt.  
At his quoq; rebus cum trāsgredi Rex  
noster potuerit, transgressus tamen non  
est. Cuius quæ fuerit verecundia, quan-  
ta honestas, meministis omnes. Non in  
factis es modo, verum etiam in sermone  
re lucebat, qui nihil indecorum resona-  
bat: nihil scurrile, nihil ineptum: plena  
fuit grauitatis oratio: et si cum esset ani-  
mo remissiore a iocis non abstinencebat, ve-  
rum ijs eiusmodi, qui nihil de eius graui-  
tate prorsus decerperent, Neq; in orati-  
one modo, sed & in vultu, in statu, in in-  
cessu, in motu etiam, corporis decorum  
illud Regium apparebat, vt si quis etiā  
non nouisset, hæc tamen cum vidisset,  
ad Regiam personam sustentandam a  
natura factum diceret. Abstinentia ve-  
ro fuit singulari, cuius rei argumentū  
est, quod sicut ille in vtero sanctificatus,  
vinum & siceram non bibit. Qua tamē *Luce 1.*  
in re transgressus non est, neq; modum  
excessit, Non declinauit in dextram: vt  
ad extremū vsq; a vino abstineret. Sed  
cum ingrauescente ætate suaderent me  
dici, y

dici, vt suę valetudini consulendo videretur, dedit locū eorum consilijs, Sed non ita, vt vel in sinistram declinaret & bibendo modum excederet, qui nuncq̃ in vita sua ebrius visus est. Porro quod ad cibos attinet, minime fuit delicatus, Bis quidē in die: sed non plus tamē quā appeteret natura, comedebat. Ieiunia vero ab Ecclesia indicta, sancte obseruabat, non q̃ cibum aliquem esse immunum iudicaret, vel q̃ regnum Dei escā esse & potum putaret. Sciebat ille q̃ omnia munda essent mundis, q̃ omnis creatura Dei bona esset: q̃ esca nos nō cōmendat Deo, neq̃ si manducauerimus abundabimus, neq̃ si non manducauerimus deficiemus. Atq̃ ita nihil aliud ieiunando spectabat, quā vt carnis desideria frenaret, Sine cerere enim & bacho friget Venus: vt, exemplo Danielis: ad contemplationem Dei & beneficiorum eius mentem redderet magis idoneam, vt quæ cibo plerumq̃ deprimit, ea per abstinentiam in sublime tolleret. Deniq̃ vt Niniuitarum, vt Samuelis, vt Daud, vt Esdre, vt Sarę filię Raguelis, vt Iudit, vt Hester, vt Machabeorum exemplo

Rom. 14.

Timo. 1.

1. Tim. 4.

2. Cor. 8.

Ioan. 3.

1. Reg. 7.

1. Esdr. 8.

Tob. 3.

Judith 5.



exemplo Deum peccatis suis irascentē *Hester 4.*  
placatum redderet, Didicerat enim pu- *1. Mach 3*  
er, bonam esse orationē cum ieiunio & *Tobie 12.*  
Eleemosina. Quod enim oratio pullat,  
impetrat ieiunium: accipit Eleemosina:  
vt sibi inuicem tria hęc vitam dent. Est  
em̄ orationis anima ieiuniū, ieiunij vero  
vita Eleemosina. Sed hac quoq; in parte  
non est transgressus. Nā cum valetudo  
illius id visa est postulare, de consilio v-  
triusq; medici, vetitos etiam ab Ecclesia  
cibos sumebat: neq; ita anxie ieiunia  
obseruabat, quin esse dandū aliquid ne-  
cessitati putaret. Extra quam non ea te-  
mere vnq; violabat. Qua cum abstinē-  
tia fuerit, nihil mirum est, Si fuit apud  
eum honorabile cōnubiū, thorus imma-  
culatus: foelix maritus, qui nesciuit tho-  
rū in delicto, Qui fidē vxori datā ita ser-  
uauit, vt eam fregerit nunq;. Habuit v-  
xores duas, Vnam Stephani Comit̄is  
Scepusiēn̄ filiam, Ioannis Vngarię Re-  
gis sororem, Barbarā nomine sanctissi-  
mam foeminam. Alteram quę superstes  
illi est, Bonam Ioannis Galeacij Sphor-  
cia Ducis, Mediolanēsis & Isabellæ ex  
Aragonę Rege prognatę filiam, cum

*Heb. 13.*

*Sapi. 3.*

D

vtraq;

Hester 3.

Prover. II.

Prover. 20.

utraque ita vixit ut preter eas foemina  
agnosceret nullam. Neque vero in his mo-  
doque vel ad cibum vel ad potum, vel  
ad carnis desideria pertinent, tanta fuit  
abstinentia, verum in affectionibus etiam  
animi moderandis incredibili fuit conti-  
nentia: & cum potuerit transgredi trans-  
gressus non est. Non est transgressus ali-  
quo crudelitatis genere, cum fuerit cle-  
mentia singulari, ut multo verius ipse  
quam Artaxerxes dicere potuerit. Cum  
plurimis gentibus imperarem: volui ne-  
quaquam abuti potestatis magnitudine, sed  
clementia & lenitate gubernabam sub-  
iectos: ut absque villo terrore vitam silen-  
tio transigentes optata cunctis mortali-  
bus pace fruerentur. Nam quem librum  
puer edidicerat, in eo scriptum esse memi-  
nerat, quod clementia preparat vitam, quod mi-  
sericordia & veritas custodiunt Regem:  
& roborant thronus eius clementia, Neque  
enim alia virtus vlla magis facit ad con-  
cilianda hominum studia quam clemen-  
tia que Principem decet maxime: cum  
nihil ea sit laudabilius, nihil magno &  
preclaro viro dignius. Hanc ergo virtu-  
tem ita fuit amplexus Rex noster, ut  
non aliud



non aliud fere vitium eius maius esse di-  
ceretur, quam quod esset in fontibus ple-  
tendis remissior. Cum itaque eum horta-  
tus quidam fuisset ad severitatem, qui  
scis inquit nunc a te eam exorsurus essem?  
Nonne fuit insignis haec eius clementia,  
quod cum necessarium contra suum ne-  
potem in Prussia bellum suscepisset, po-  
steaque eos omnes qui militatum ad illum  
contra se profecti fuerant sub potestate  
suam subiunxit, cum vitae in eos necisque  
potestatem haberet: non modo occidi-  
quenque passus non est: sed viatico instru-  
ctos benignius etiam haberi: atque ad fi-  
nes usque Germaniae deduci iussit: ne qua-  
vis eis a quoque inferretur. A deo clemen-  
tissimus Princeps alieno sanguini tamquam  
suo parcebat, Neque vero sola in eo cle-  
mentia, sed & mansuetudo fuit admira-  
bilis. Tantum enim ab eo abfuit, ut per-  
irram gravius in quenque animaduerte-  
ret: ut ipsam etiam iram ita frenaret: ut  
non modo factum, verum ne verbum  
quidem vllum asperius ex ore eius irati  
audiretur. Nam & hoc scriptum legerat.  
Fili in mansuetudine opera tua perfice,  
& super gloriam hominum diligeris, Nul-

Dñi lares

Ecc. 3.

la res æque facit hominem Deo dilectum  
 & hominibus vt mansuetudo. In sacris  
 biblijs Moylis, Ioseph, David præsertim  
 laudatur mansuetudo, sed nullo horum  
 fuit inferior, princeps hic omnium quos  
 ætas hæc nostra vidit mansuetissimus.  
 Qua sua virtute in sui cunctos amorem  
 rapiebat. Quis em̄ non amaret Christi  
 imitatore Regem: qui cum maledice-  
 retur, nõ maledicebat, cū pateretur non  
 comminabatur, quin potius reddebat  
 bona pro malis, beneficiebat persecu-  
 tibus & calumniantibus se: Has eius  
 virtutes ornabat modestia singularis.  
 Nulla in eo cernebatur animi elatio.  
 Quin illud q̄ puer didicerat diligenter  
 obseruabat. Quãto maior es tãto te ma-  
 gis humilia in õnib⁹ & corã Deo inue-  
 nies gratiã; ac Thobie præcepti memor  
 Nunq̄ ille superbiam in suo sensu, aut  
 in suo verbo dominari permisit, Semp̄  
 illud in corde versabat, Rectorem te po-  
 suerunt, noli extolli. Esto in illis quasi v-  
 nus ex ipsis, curã illorum habe. Quodq̄  
 a Christo dictum est, Reges gentium  
 dominantur eorum, & principes eorum  
 potestatem habent ipsorum, Vos autẽ  
 non sic,



non sic, Sed quicumq; fieri voluerit ma  
ior, erit vester minister, Et quicumq; vo  
luerit in vobis primus esse, erit omnium  
seruus. Non est igitur elatum cor eius  
in superbiâ super fratres suos: Sed ita cū  
subditis suis viuebat, sicut pater cū filijs.  
Quæ ad officiū suū Regiū pertinebant  
earum rerum ita fuit studiosus, vt a vitio  
curiositatis longo abesset, sciebat diuisa  
esse purpurâ & sacerdotium: ad Regem  
Palatia, ad sacerdotes Ecclesias pertine  
re. Imperatorem, & Regem bonum, si  
cut scribit Ambrosius, intra Ecclesiam  
esse, non supra Ecclesiam. Itaq; nihil si  
bi iuris vendicabat in Dei ministros:  
neq; aut de moribus illorum, aut de fi  
dei causis cognitionem sibi vsurpabat,  
quã iã non sui ordinis esse intelligebat:  
sed Constantini Gratiani, & aliorū lau  
datissimorū Imperatorum, ac maiorum  
etiam suorum exemplo, libera de ijs iu  
dicia Sacerdotū & Episcoporū esse vole  
bat. Quod ab illis esset decretū reueren  
ter exequebatur, neq; se in eorū officia  
ingerebat. Memor eius quod Ozie Re-  
gi acciderat, qui thuribulū ferens: & cō  
tra legem Dei sacrificium sibi violenter

Deut. 1.7

2. Par. 26.

D iñ assumens

assumens, resistente sibi Azaria Sacerdote, cum obtemperare nollet: & cedere diuina indignatione confusus & uarietate lepre in fronte maculatus est: ea parte corporis notatus a domino, ubi signatur qui dominū promerentur. Quod et 2. Reg. 6. euenerat Ozię, qui cum extendisset manum ad arcam Dei, iratus est indignatione dominus contra eū, & percussit eū super temeritate, qui mortuus est iuxta arcam Dei. Sed de hac temperantia illius: deq̄ modestia singulari dicta sufficiant. Restat ea que mater est & Regina virtutum omnium iustitia, de qua pauca cum dixerimus finem sermoni faciemus. Hic quoq̄ trāsgressus nō est Rex noster. Nam nisi trāsgredi & hic liceret, non diceret sapiens: Noli esse iustus multum. Iustus uero multū est, qui non habita ratiōe æqui boni, summo iure facienda putat omnia, cum etiam prouerbio sit vsitatum, summū ius, summā iniuriam, summam esse crucem, quiq̄ magis ad seueritatem implicatus, q̄ ad misericordiam est propensus. Quod qui facit is declinat ad dextram: sicut ad sinistra declinat qui remissior est. q̄ oportet in ad-



er  
ere  
rie  
par  
nā  
dq  
na  
ati  
eū  
tra  
lli  
ci  
na  
u-  
cie  
ex  
ce-  
us  
on  
fa-  
er-  
nā  
icq  
ad  
ui  
si-  
or-  
d-  
tet in administranda iusticia. In neutra  
partē declinavit Rex noster, sed incessit  
via Regia: modum in leueritate, modū  
seruauit in indulgentia. Quod si alteru-  
tra re transgressus est: in multis em̄ offen-  
dimus omnes: indulgendo magis trās- Iacobi 3.  
gressus est, q̄ seuerius animaduertendo  
Quod in hanc partem citius peccare sci-  
ret. Neq; vero ita legum apices cōsecta-  
batur: vt non mentem potius legis inspi-  
ceret, vt non æqui boni simul rationem  
duceret. Cauti ante omnia summo stu-  
dio ne cui noceret ipse: ne cui iustam de-  
facta per se iniuria querendi occasionē  
daret. Neq; solutus legibus, quin alliga-  
tus illis potius esse cupiebat: neq; aliū de  
q̄ de iuris authoritate suam authorita-  
tem pendere volebat. Quod maius esse  
iudicaret imperio submittere legibus  
principatum. Nec satis habuit ipse ab in-  
ferenda iniuria abstinuisse, nisi memor  
officij sui Regij, propulsaſſet etiam, si q̄  
alius cuiq; intulisset. Iudex fuit incorru-  
ptus, vt qui ab odio, ira, amicitia & om-  
ni cupiditate vacuus esset, Faciles ad eū  
erant aditus, Iuris dicendi laborem nul-  
lum prorsus declinabat, Totis interdū

octo horis & amplius etiã sicut ipsi me-  
ministis cognoscẽdis causis p̄sidebat.  
Cum nihil interea vere beatus diues iste  
*Math.* 5. noster nisi iusticiam esuriret atq̄ sitiret.  
Audiebat æquanimit̄er vtramq̄ partẽ  
summa cum patientia. Quam diu vel-  
let dicendi cuiq̄ potestatem faciebat.  
Mane cum pro tribunali sedisset ad ve-  
speram vsq̄, causas nonnunq̄ cognosce-  
bat, Cum prior esset apud eum, suũ cui-  
q̄ tribuendi, q̄ valetudinis conseruãdæ  
ratio. Extremis tamen temporibus his  
quoniam lecto plerumq̄ fuit affixus a  
causarum cognitione supersedebat. Ni-  
hilominus quãlibet affecta & ætas eius  
& valetudo fuit, simul vt a morbo suo  
paululum erat recreatus, ad officium su-  
um redibat. Quo cum rarius fungeret,  
vno & altero anno ante obitum, p̄pter  
ingrauescentis morbi vim, inde natae  
sunt hominum querimonie, quod se ius  
suum consequi non posse dicerent, Cu-  
ius tamen rei, nulla penes eum culpa re-  
sidebat, Voluit enim ille, sed vis morbi  
non permittebat. Tanta autem fuit om-  
nium de illo iustitię opinio, vt cũ p̄esse  
iudicijs ipse non posset, nõ cognosci cau-  
sas, quã



fas, quā ab alio quopiam præter iustissi-  
mum Regem suū iudicari mallet. Quo-  
niam vero late patet nomē iustitię, sub  
qua virtus omnis continetur, paulo de  
ea fusius dicendum nobis erit, vos quod  
facitis, attēte, que so, audiatis. Iustitię fun-  
damentum fides est, quam volunt esse  
dictorum factorumq; cōstantiam & ve-  
ritatem, que si in quocūq; alio fuit mortali  
um, fuit in hoc Rege nostro maxima.  
Erat enim verbum illius, est, est: non, nō. *Math. 5.*  
Nihil fuit eius promisso certius: vt in v-  
tramq; iam aurē ei dormire licuerit: cui  
quid ipse promississet. Quod prius futu-  
rum esset, vt cōelum rueret, quā vt pmis-  
sum ille non faceret. Nihil in eo fallax,  
nihil multiplex, Sed erat vir ille simplex *Iac. 1.*  
& rectus, ac timens Deum, Sed nobis  
nunc alia de fide p̄ter hanc dicere p̄posi-  
tum est, de ea quam nulla bona opera p̄-  
cedūt: ex qua omnia p̄cedunt, neq; em̄  
aliunde opera nostra bona sunt, nisi ex  
fide, Quā si tollas inanis est prudentia,  
inanis est fortitudo: inanis est temperā-  
tia: inanis est iustitia: inanis est virtus  
omnis: neq; virtus dici meretur. Cum *Ro. 14.*  
omne q̄d non est ex fide, peccatum sit, so

D v

la fides

la fides est que nos a peccatis omnibus purgat: que mentes nostras illuminat: que Deo nos reconciliat: que cunctis participibus nature nostre confociat: que remunerationis future spem nobis inspirat: que sanctas virtutes in nobis auget, que nos in earum possessione confirmat. Tolle fidem, omnem simul virtutis possessionem sustulisti: Que enim est virtus nostra: que sapientia nostra: que iustitia nostra: que sanctificatio nostra: nisi dominus noster Iesus Christus qui factus est nobis hæc omnia: qui sanguine suo nisi nos redemisset: nemo aliquo cum suo merito, virtute vlla perditus, nemo iustus, nemo nostrum sanctus esset. Fides ergo in Iesum Christum hæc est iusticie nostre fundamentum, super quod si quid ædificauerimus, id stabile futurum est. Hoc fundamentum fixum in fuit, & immobile in Regno nostro, ad extremum usque spiritum eius, Sicut exitus eius ex hac vita declarauit, Non vacillauit fides eius, non passus est ille se transferri ab eo per quem vocatus erat in gratiam, in aliud Euangelium.

*Gal. i.* Quod non est aliud, nisi sunt dicit Paulus, qui



lus, qui vos conturbant, & volunt con-  
uertere Euangeliū Christi. Non passus *Hebr. 1. 3.*  
est abduci se doctrinis varijs & peregrini-  
nis. Ab ijs iuxta Pauli præceptum decli-  
nabat, qui facerent dissensiones & offen-  
siones p̄ter doctrinam quam didicimus *Roma. 16*  
Memor illius q̄d ab eodem Paulo scri- *Gal. 1.*  
ptum est. Licet nos, aut Angelus de cœ-  
lo Euangelizet nobis, præterquā Euan-  
gelizauimus vobis, anathema sit. Sicut  
prædiximus & nunc iterum dico: Si q̄s  
vobis euangelizauerit, præter id quod *Col. 1.*  
accepistis anathema sit. Permanebat in  
fide fundatus, & stabilis & immobilis  
a spe Euangelij quod audiuerat: facile  
vt appareret eum esse fundatum supra  
firmam petram, Et quoniā fidei comes  
indiuidua spes est, hac semp fuit in Deū  
fixa: & stabili. Non ille in curribus &  
in equis, nō in sextili Solis, nec in trino *Psal. 19.*  
Iouis, sed in nomine domini fiduciam  
suam collocabat, cui cum sciret nō esse  
difficile saluare, vel in multis vel in pau-  
cis, parua semper manu, in solo Deo spe *1. Re. 16.*  
sua collocata, magnos exercitus vicit,  
fudit, fugauit Quoties eum difficulta-  
tes aliquę præmebant: non alio confu-  
giebat

2. Reg. 22. giebatur quā ad Deum, qui est iudicium om-  
nium sperantium in se. Illi dicebat. Quo-  
niam fortitudo mea: & refugium meū  
es tu: spes mea a iuuentute mea: ppter  
nomen tuum educes me & enutries me  
Educes me de laqueo quem absconde-  
runt mihi, quoniam tu es protector me-  
us. Neque enim spes vnquam fefellit collo-  
cata in Deo, qui non deserit vnquam sperā-  
tes in se. Sic autem ille sperabat, hęc tem-  
poralia, tanquam media quedam, per quā  
transeundum esset ad externa. Ancho-  
ram interea spei suę figens in solo Chri-  
sto, qui vita æterna, vita est sine fine be-  
ata. Hoc solo præ omnibus frui deside-  
rabat. Ad fidem certam & spem firmā  
quam in Christo defixerat accessit ma-  
ior horum charitas. Quæ fidei, quæ vir-  
tutum omnium vita est. Sicut enim vi-  
ta corporis est anima per quam corpus  
mouetur & sentit. Ita vita fidei charitas  
est, per illam enim fides operatur. Et  
sicut anima recedente, corpus moritur,  
ita fides quoque moritur charitate refrige-  
scente. Sine qua nemo Deo placuit, cū  
qua nec potuit aliquis peccare nec pote-  
rit. Hęc est excellentior illa via, quæ p-  
se ambu-

Corin. 13.

Gal. 5.

1. Cor. 12.



se ambulantes ducit in patriam, Quæ  
recte via vocatur. Nam sicut sine via p-  
uenit nullus quo tendit, ita sine charita-  
te non ambulare possunt homines sed  
errare. Neq; licet in patriam cœlestem  
nisi per viam charitatis peruenire. Quæ  
in Rege nostro quanta fuerit, ex ijs quæ  
dici de eo hæcenus audiuiſtis coniectu-  
ram facere licet. Vnde em̄ virtutes om-  
nes, quas enumerauimus: nisi ex fonte  
manabant charitatis. Eius autem chari-  
tatis quæ est ex corde puro, & conscien-  
tia bona, & fide non ficta, Quam finē Rom. 13.  
pcepti, quam plenitudinem legis, quã Col. 3.  
vinculū perfectionis vocat Paulus. Nō  
ille sibi se, sed potius ijs, quibus præerat  
natum esse putabat. Quin potius nō ijs  
modo quibus præerat, verum etiam hu-  
mano, præcipue vero Christiano generi  
vniuerso. Omnes ille Christianos haud  
aliter atq; membra sua diligebat, Me-  
mor illius qd a Paulo scriptum est, Sicut Rom. 12.  
in vno corpore multa membra habem⁹  
ita multi vnum corpus sumus in Chri-  
sto, singuli autem alter, alterius mem-I. Cor. 10.  
bra. Itaq; non quæ sua sunt querebat,  
sed quæ aliorum: non ad suam priuatã,  
sed ad pu

sed ad publicam omnium utilitatē, omnia sua consilia, actiones omnes referebat: omnium hominū necessitates, suas esse necessitates reputabat. Quicquid cuiuslibet hominum nociturum esset: haud aliter atq; sibi ipsi nociturum propulsare conabat. Et homo cum esset, Rex præsertim, nihil humani alienum a se existimabat, sic enim ille iudicabat, beluarum esse. sibi viuere, nec suas utilitates in commune conferre. Ad homines vero, Christianos præsertim, pertinere maxime, vt haud aliter aliorum commodis atq; suis ipsorum prospectum velint necq; secus, aut prosperis aut aduersis aliorum q̄ suis ipsorum rebus afficiant. Vt sit illud in corpore Christi, quod est in corpore hominis: Si quid patitur vnū membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnū membrum, cōgaudent omnia membra. Ferarum enim est proprium inuicem persequi, lacerare perdere: hominis contra excellentiæ, nihil magis conuenit, q̄ vt alterutrum iuuent, instruant, ædificent, & utilitatem communem tanq; propriam, ac magis etiam q̄ propriam curent. Omnia itaq; Dei bona

1. Cor. 12.



Dei bona, quibus vt audiuiſtis Rex no-  
ſter affluenter erat dotatus, non ad ſua  
ille; neq; ad ſuorum tantum, ſed ad to-  
tius Reipub. Chriſtianę vtilitatem cõ-  
ſerebat. Non ſibi ille prudens fuit, ſed  
ſuis primum ſubditis quibus præ cæte-  
ris tenebatur, deĩde ceteris omnibus,  
Chriſtianis præſertim. Prima illi cura  
fuit de ſuorum commodis, ocio & tran-  
quillitate, proxima de Chriſtianorũ ali-  
enorum Regum & Principum, poſtrema  
vero de ſuis. Quamobrem quicquid illi  
Deus ingenij: quicquid conſilij: quicquid  
ſolertię conceſſerat: id ad ſuorum pri-  
mum ſalutem ſui ſecurus: deĩde ad re-  
liqui corporis Reipub. Chriſtianę inco-  
ſumitatem conſeruandam conſerebat.  
Si quando incendium aliquod non mo-  
do inter propinquos Reges & Princi-  
pes, ſed etiam inter illos qui longo inter-  
uallo a Regno ſuo diſiuncti eſſent, exci-  
tatum cognouiſſet, haud aliter accurre-  
bat ad reſtinguendum illud: quã ſi ſuos  
ipſius parietes ardere vidiffet. Legatos  
illo ſe mittebat, qui, vt arma poneret, ne  
in ſua ipſorum membra ferrum ſtringeret  
vt ciuili bello abſtinerent; vt in barba-  
ros potius

ros potius coniunctas vires conuerterēt  
& a Christianorum ceruicibus durissi-  
mam seruitutem repellere conarentur,  
pro virili sua persuaderēt. Quę sollicitu-  
do eius cum in alijs fere omnibus Chri-  
stianorum bellis, vt audistis apparuit: tū  
in ea seditione maxime, quę nup in Ger-  
mania fuit concitata. Quam ille non ma-  
nore studio quā si in Regno suo coorta  
esset, reprimere studuit, se enim lædi, se  
sauciari, se p̄mi interpretabatur, si quos  
Christianos lædi accepisset. Quos eodē  
quo membra sua loco habebat, omnes  
Neq; tñ in hac sua charitate gradus quō-  
dam non obseruabat. Etsi enim Chri-  
stianis omnibus honestissime cupiebat,  
non in alios tamen principes effusus fu-  
it, suauius quā in Serenissimos & Excel-  
lentissimos fratres Imperatoriā & Regi-  
am Romanorū Maiestates, quibus ar-  
ctiore propinquitatis vinculo fuit con-  
iunctus. Itaq; cum falsus huc rumor al-  
latus fuisset de infœlici Cæsa. Maiesta-  
tis successu: in proxima illa seditiōe Ger-  
manica: cum cætera sanus esset: adeo ta-  
men fuit percussus, vt noctem illam to-  
tam insomnem ageret. Posteaquā vero  
lectiora



lectiora sunt illi renunciata, de rebus illius  
Maieftatis ad voluntatem fluentibus:  
etfi maluiffet pro fua erga omnes Chri-  
ftiana charitate, fuum quemq; ftatū reti-  
nere: recreatus tamen eft hoc nuncio ac-  
cepto, Neq; vero laborare interea defijt:  
vt qui exciderant gratia Cæfa. Maiefta-  
tis reduci in eam poffent. Sicut autē pru-  
dens, ita & fortis fuit nō ſibi, ſed ſuis pri-  
mum: & in commune poſtea Chriſtia-  
nis omnibus, parat<sup>9</sup> omnia ſua, quā & *Ioan. 10.*  
vitam etiam ſuam, Chriſti boni paſtoris  
exemplo profundere, primum pro ouīū  
ſuarum, deinde pro totius ouilis Chriſti-  
ani ſalute & incolumitate: Adeo vilia  
illi fuerunt omnia, vilis etiā ſpirit<sup>9</sup> ipſe,  
pro eo quod in commune cunctis expe-  
diret. Quod ſi maiorem charitatem ne-  
mo habet, q̄ vt animam ſuam ponat q̄ *Ioan. 15.*  
p̄ amicis ſuis, quę maior eſſe poterit cha-  
ritas: quam fuit hęc? Etſi em̄ re ipſa non  
poſuit, poſuit tamen voluntate. Neq; a-  
lia res eum tam fortem reddebat, q̄ illa  
de qua ſcripſit ſapiēs, Fortis eſt vt mors *Can. 8.*  
dilectio, ad eundem modum & tempe-  
rans ille non ſibi tantū fuit, ſed eius om-  
nibus primum, deinde in commune to-  
ti Reip.

ti Reipub. Christianæ: & iustus simili-  
ter. Nolo enim singulis explicandis esse  
longior. In summa quicquid in eo fuit  
Dei munerum, quæ fuerunt sicut audi-  
uistis, maxima, non ipsi querebat quod sibi uti

*1. Cor. 10.* le esset, verum quod multis. Hoc enim ut

*1. Corin. 8.* faceret impulit charitas: quæ non querit

*Leuit. 19.* quæ sua sunt. Cum iuxta Dei præceptum

diligeret proximum sicut seipsum. Quæ

diligendo Deum etiam diligebat: in quo

pure colendo ad finem usque vite sue sum-

ma cum constantiæ laude perseverabat

Cum nullus eo Princeps fuerit religi-  
or. Difficile est de animo alicuius iudi-

care, quo solo Deus pure colitur. Qui cum

*1. Ioan. 4.* sit spiritus, eos qui adorant eum, in spiri-

*Roma. 1.* tu & veritate oportet adorare. Sed sicut

inuisibilia Dei per visibiles Dei creatu-

ras cognoscuntur, ita & nos de inuisibi-

li animo sine spiritu Regis nostri, quo il-

*Gal. 5.* le Deum pure colerat, non possumus nisi

ex externis quibusdam & visibilibus re-

bus iudicare. Certum est non alia re De-

um purius coli quam fide: sed ea fide quæ per

charitatem operatur. Fidem enim ipsam

videre non possumus, sed fructus & ope-

ra fidei videmus. Hoc est quod dicit Ia-

cobus.



li- cobus. Ostende mihi fide. in ex operib<sup>9</sup> Iacobi 2.  
se- tuis. Est enim fides arbor illa bona, que  
rit- fructus bonos facit. Fructus fidei qui Math. 7.  
di- fuerint in Rege nostro audiuitis. Om-  
vi- nes enim ille virtutes quas enumeravi-  
vt- mus fructus fidei fuerunt. Ad hec accesserunt  
rit- ille quas iusticias ipse Christus ap-  
tu- pellant, cum ex fide proficiscuntur: ieiun-  
ue- nium, elemosina, oratio. Nam si victo-  
uo- ria, que vincit mundum fides nostra est. I. Ioan. 5.  
m- his tribus maxime rebus ex fide profe-  
bat- ctis mundus vincitur. Omne enim qd I. Ioan. 2.  
ofi- est in mundo, aut est concupiscentia car-  
di- nis, que vincitur ieiunio, & abstinentia:  
cu- aut concupiscentia oculorum, que vin-  
ri- citur elemosinis, aut superbia vite, que  
ut- vincitur humili oratione: His itaq; tri-  
tu- bus ille rebus ex fide, & charitate profe-  
oi- ctis, vincere mundum, atq; ita Deu pie  
il- colere conabatur. Castigabat enim car- I. Corin. 9.  
nisi- nem suam & in seruitutem redigebat,  
re- vt ne rebellaret spiritui: neue impediret  
De- quominus Deum pure coleret. Deinde  
p- quo magis propitium in membris suis  
am- Deum sibi redderet, necessitatibus san-  
pe- ctorum in comunibatur, vt faceret sibi a-  
la- micos de manna iniquitatis. Memor  
us.

E ij illius

**Rom. 12.** illius quod a Christo dictum est: Quis  
**Luce 16.** quid fecistis vni de minimis meis, mihi  
**Math. 25** fecistis. Qua in re tam fuit liberalis, vt  
de illo dici recte potuerit, quod est in ea  
lectione, quam hodie vobis explicandā  
sumpsi. Eleemosinas eius enarrabit om-  
nis Ecclesia, domata carne per abstinē-  
tiam, & placato Deo per Eleemosinas,  
tum primum ad orationem accedebat  
leuando puras manus ad Deum, Qui-  
bus quidem orationibus quotidie cer-  
tis horis vacabat: sic enim a puero insti-  
tutus erat: quotidie sacrū, quod missam  
vocāt, magna cum religione audiebat.  
Ac quoad per affectam & ætatem & va-  
letudinem licuit quotidie templū ingre-  
**Math. 8.** diebatur dicens cum centuriōe. Domi-  
ne non sum dignus, vt intres sub tectū  
meum. Indignum enim illi videbatur,  
quoad ferre vires potuerunt, vt in con-  
clauī eius: & non in eo potius loco, qui  
est proprie huic rei dicatus, sacrificium  
fieret. Sibi ille potius ad eum locum ve-  
niendum esse putabat, non quod non  
orari posset omni in loco: sed q̄ quā do-  
**Mat. 26.** mum suam, quā orationis domū appel-  
lat Deus, eam non esse sibi negligendā  
arbitrari



arbitraretur: quodq; ad aliorum etiam  
pietatem prouocandam non parum eam  
rem facere intelligebat, si Regem suum  
publico in loco popul<sup>o</sup> videret sacra au-  
dientem, & puras ad Deum manus leuā-  
tem. Nullum ergo diem intermisit Rex  
noster, quo non vnam atq; alteram horam  
sacris & orationibus vacaret. Verum id  
maiore cura festis diebus faciebat: qui-  
bus ceremonias omnes diligenter obi-  
bat, non sine magna animi sui delectati-  
one. Omnes Ecclesie ritus & precatio-  
nes eque vt ipsi Sacerdotes tenere visus  
est. Illam vero sacram hebdomadam p̄  
cæteris diligenter obseruabat: qua sum-  
mum Iesu Christi passiois, & mortis be-  
nefitium recolitur. Totam illam nō alijs  
quā sacris in rebus consumebat, Mos il-  
li fuit sancto parasceues die: quo se pro  
nobis Christus in ara crucis sacrificium  
Deo patri obtulit, ad tremenda illa my-  
steria accedere. Hunc vero diem cū no-  
cte etiam p̄cedente in audiendo ver-  
bo Dei: in eius beneficijs recolendis, in  
orationibus & vigilijs peregit. Prandium  
illi fuit panis & aqua. Quo sumpto, si-  
cut Theodosium Imperatorem añ mille

E in ducentos

ducentos annos factitasse in Ecclesia-  
stica historia memorie proditum legimus,  
circumibat omnia orationum loca, & tē-  
pla Deo dicata in memoriam sanctorū  
martyrum obibat. Quibus & ipsis tāc̄p̄  
filijs, amicis, & membris Dei, debitum  
honorem impendebat, colebat enim &  
illos cultu suo: Non eo qui soli debetur  
Deo: quem patrię cultum vocamus, sed  
eo quem tribui pijs & sanctis hominib⁹  
oportet, quos Deus diuinitatis suę parti-  
cipes facere dignatus est. Non eos largi-  
tores, verum intercessores tantum agno-  
scebat. In montes quidem leuabat ocu-  
los suos, sed auxilium non aliunde, quā  
a domino sperabat, in quo solo possunt  
sancti, quicquid possunt. Neq̄ aliud in  
sanctis nisi dominum ipsum laudabat, a  
Psal. 120. Propheta admonitus dicente: Laudate  
dominum in sanctis eius. Quem enim  
laudas: quem inuocas, cum sanctū lau-  
das & inuocas, nisi Deum ipsum? Tolle  
enim a Petro, tolle a Paulo, tolle a Stani-  
siao, qđ Christi Apostolus, Christi mar-  
tyr fuerit, quid erit in eo qđ laudare pos-  
sis? aut quis erit qui eum inuocandum  
censebit? Deum itaq̄ laudat qui san-  
ctos lau-



ctos laudat: Dei glorię detrahit, qui san-  
ctorum glorię detrahit. Neq; vero san-  
ctos ille tantum colebat, quos esse viua  
membra Christi persuasum habuit: sed  
tanta in Deũ charitate ferebatur, vt q̄lli-  
bet ministros eius, quamlibet indignos  
paterna quadam beneuolencia prosequeretur:  
Non ille propter personarum vitia suum  
sacro ordini honorem non tribuebat: neq;  
qui essemus ipsi: homines enim sumus:  
& hoc ipso peccatores, sed cuius ministerio  
fungere mur, attendendum putabat. Sicut  
vulgari prouerbio, qui amat aliquem, is  
etiã catulo eius benigne facere dicitur:  
sic ille nos indignos Dei catellos, ob  
feruẽtem amorem quo Deum prosequeretur,  
singulari quadã gratia & beneficentia  
fuit complexus: vt merito nobis quoq;  
dicere liceat, qđ in libro Numerorum  
dixisse quosdam legimus, Pater noster  
mortuus est. Neq; *Nume. 27.*  
enim liberis suis maiore cura pater, quã  
ille nobis prospectum cupiebat. Nihil  
aliud vt dixi spectans in nobis, quã vnũ  
hoc quod pro Christo legatione fungi-  
*2. Corin. 5.*  
mur. Magna sunt hec eius erga Deum  
amoris documenta quod non eos modo

E iij qui sunt

qui sunt absq; macula & ruga, sanctos  
& electos Dei, verumetiam quamlibet  
indignos ministros Dei, ob hoc solū qd  
ministri Dei essent, paterna quadam in  
dulgētia prosequēbatur. Sed non ijs fi  
nibus eius erga Deum ardens charitas  
claudebatur. Quin & hoc pro virili con  
tendebat, vt quicūq; ditionis eius essent  
ij eundem quem ipse verum Deo cultū  
exhiberent. Itaq; ne qua schismata aut  
hæreses in Regno suo existerent prouī  
debat. Annus agitur nunc vigesimus  
secundus, cum noui quidam motus Ge  
dani essent excitati, contra diuinam pri  
mum, deinde contra eius Regiam Ma  
iestatem: memoria tenetis proculdubio,  
quanta celeritate ad sedandos eos accur  
rerit, quanta prudentia represserit, quo  
modo misericordia iustitiam temperaue  
rit. De paucis enim sumpto supplicio,  
quod aliter fieri non liceret, omnia nihī  
lominus ciuibus reliquis integra permī  
sit. De nulla re magis sollicitus, quā vt  
veterem Dei cultum in ciuitate restitue  
ret: quod etiam non magno negotio p  
fecit. Iam illa edicta, ne quis in ea loca  
proficisci, vbi transferuntur homines in  
aliud



aliud Euangelium, ne quis inuehere li-  
bros nouatorum auderet, quorsum per-  
tinebant, nisi vt retineretur in Regno e-  
ius vetus religio & verus Dei cultus.  
Noluit ille disputari de fide, sed retineri  
tantum fidem voluit inuiolatam, atq; ijs  
que semel a sancta catholica Apostolica  
Ecclesia decreta essent obtemperari. Idē  
enim iudicabat, quod Martianus olim  
Impetator: iniuriam facere iudicio reue-  
rendissime sinodi, si quis iudicata semel,  
ac recte disposita reuoluere, & publice  
disputare contenderet. Nam si quod ab  
vnius alicuius Regni populo, approbā-  
te principe decretum est in comitijs, id  
abrogari per priuatum aliquem fas nō  
est: quanto minus fas est ea rescindere,  
aut in dubium reuocare velle, que vna  
nisi consensu omnium gentium & po-  
pulorum, qui Christi fidem profiteretur,  
in sacris concilijs œcumenicis constituta  
sunt. Quamobrem Gratiani, Valenti-  
niani & Theodosij exemplo, cunctos po-  
pulos quos clementię suæ regeret impe-  
rium, in tali voluit religione versari, quā  
diuum Petrum Apostolum tradidisse  
Romanis, religio vique adhuc ab ipso in-

stituta declarat: quāq; Pontificem Paulum tertiū sequi claret. Cum Cypriano teste, non aliunde schismata oriuntur & hæreses, quā quod vni sacerdoti Christi vicem in terris gerenti, non obtemperatur. Babilon ibi sit necesse est, non Ecclesia, vbi noua cuiq; fidei dogmata statuerent, & ea quæ statuta semel sunt conuellerent licet. Nam si quod rectum cuiq; videbitur, id sentire de fide cuiq; liberum erit, non erit vna fides. Quæ ab vno pendat necesse est, si vna esse debet. Cultus autem Dei verus apud alios esse non potest, nisi apud eos, qui id ipsum sapiētes, in alterutrum, secundum Iesum Christū, vnanimis, vno ore honorificant Deum & patrem domini nostri Iesu Christi.

Roma. 15.

Multa alia dici possent, quomodo beatus diues hic noster cum potuerit transgredi, transgressus non sit, cum potuerit facere mala, non fecerit. Sed ne simus longiores, hæc in presentia dicta sufficiant: quomodo non est transgressus prudentia: memor illius quod scriptum est: Prudentia tua pone modum: non est transgressus fortitudines: non est transgressus temperantia, non est transgressus iustitia: non

Prover. 23.

decli-



declinavit in ijs omnibus in dextrā aut  
in sinistram, sed incessit via Regia. Fi-  
de, spe, charitate, Deum pie coluit. Ideo  
dicit Sapiens concludēs hanc lectionē,  
stabilita sunt bona illius in domino. Si-  
cut stabilis fuit fides eius in Deum, ita  
stabilita sunt bona illius, bona corporis,  
bona fortunæ, bona animi. Concessit il-  
li Deus hæc affatim omnia, & quidem  
fixa, firma, stabilia concessit, vsq; ad ex-  
trema vitæ suæ tempora. Neq; tempora-  
lia modo bona illi<sup>9</sup> stabilita sunt, sed mul-  
to magis illa æterna: quæ sola stabilia,  
hec vero fluxa sunt. Vidistis qua fueris  
incolumitate: quo robore: quanto ævo  
vixerit: simul illud meministis quot vi-  
ctorias & triumphos de suis hostibus re-  
portavit: quanta & quam stabili ac per-  
petua foelicitate in bellis vsus sit. Quæ  
gessit plura propemodū & maiora, quā  
quisquā ante eum Poloniae Regum.  
Quoties enim ille Tartaros, quoties Mo-  
schos, quoties Valachos fudit. Apud Slu-  
scum tribus prælijs, tres non contemnen-  
dos exercitus Duce illo celebri Constan-  
tino: apud Visnouetiam viginti quatu-  
or millia: Nicolao Camenecio Palatino  
Craco

Cracouien: & eodem Constantino duci  
bus, cum nostri sex millium numerum  
non excederent. Longum esset singu-  
las victorias enumerare, quas tulit, apud  
Verononiam, Ioanne Camenecio, quas  
apud Buscum, Stanislao Lancoronio  
quas apud Z̄hncouiam Arcem, Iacobo  
Secignouio: atq; iterum Palatino K̄houi  
ensi: quas in Volinia Constantino & O-  
stapheoter: quas apud Ossacouiam ho-  
stilem Arcem, eodem Ostapheo & Pre-  
dislao Lancoronio ducibus, Quas in Po-  
dolia Trebinij: quas apud Camenecium  
& Verestatintium pagum, & complu-  
ribus alijs in locis, Nicolai Senanij Pala-  
tini Belsen, fratrumq; eius Alexandri et  
Procopij ac bernhardi Prethfficz ope-  
ra, quas apud Trebowliam, Podhaiciam,  
Miedzibozum, quas apud Canioniã  
in Lituania ante vnum & viginti annos  
de viginti sex millibus Tartarorum ce-  
sis, duce Constantino reportauit. Vala-  
chos quoq; statim vt Regni gubernacu-  
la suscepit, Turcarum & Tartarorũ au-  
xilijs tumentes, ac victoria contra fratrem  
suum Ioannem Albertum elatos, prelio  
foeliciter cum eis commisso ita fregit, vt  
& ami



& amissam Pokuciam recuperaret, & redire ad officium Bohdanū Palatinū, ac in sua verba iurare cogeret. Postea vero cum Petrus Palatinus rebellasset, ac denuo Pokuciam inuasisset: primum sex millia apud Guosdeciam arcē, ac mox viginti duo millia apud Obertinum pagum, duce Ioanne Comite a Tharnow, qui non plus quā quatuor equitum habebat millia, ita vicit & fugauit, vt Castris etiam exueret, vexillis simul & bombardis, ac ceteris impedimentis ereptis. Ex quo prelio vix ipse Palatinus fuga saucius euasit. Qui cum nihil hac suorum clade territus, annis aliquot post, iterum rebellasset, eiusdem Ioānis Comitis ductu Chocini obsessus, atq; eo, demum redactus est, vt in fidem potestatemq; Regiam se conferre cogeretur. Neq; vero contra Moschos minore foelicitate vsus est: quos primo suo aduentu in Lituaniā adeo perterrefecit, vt cum centum millium exercitum haberent, ex nostris vero tantum tria millia essent mercenariorum militum: neq; ita multi Lituani, pugnandi copiam facere non auderent. Sed cū longe lateq; peruastari prouinciam suā vidissent

vidissent, quas tulit Rex pacis conditio-  
nes, eas precario susciperent. Iam vero  
quã clara, & insignis illa fuit apud Or-  
sam victoria: vbi Constantino & Ioãne  
Szwirzouio ducibus octoginta millia  
Mosch, exercitus a nostris qui erant nu-  
mero longe impares Boristhenem tra-  
nantibus, ita est profligatus, vt dimidia  
eorum pars vix fuga sit elapsa. Ducto-  
res exercitus capti, cum omnibus proce-  
ribus, & quatuor millibus bellatorum.  
Vt interim silentio præteream septẽ mil-  
lia ad Poloscum cęsa, a Ioanne Borati-  
nio sexcentis modo comitato: ante trede-  
cim annos mille extremi agminis Litua-  
niã populã interfectos: & sub idem  
tempus apud Starodubium, Radogosti-  
am & Smoleniscum non paucos truci-  
datos: ductu Georgij Radziuil Castela-  
ni Vilenensis. Illud vero taceri non po-  
test: quomodo post Radogostiã & Ho-  
niam captam, Starodubium a nostris  
expugnatum est, Ioanne Tarnouio Du-  
ce. Fuisse dicuntur in acie plus quinde-  
cim millia bellatorum, qui si in aciem  
descendissent, cum nostri essent nume-  
ro impares, anceps plium committi po-  
tuit.



o/ tuit. Arx nihilominus a nostris euerfa,  
ro & plus mille quingenti viui capti sunt.  
r Res prodigiosa: quod, cum esset maior  
e numerus obfessorū quā obsidētū: vice-  
ia rint tm̄ obsidentes. Cōtra Turcas nihil  
u gessit memorabile, nisi si quando ij Tar-  
a taris permixti fuerunt. Porro Prussicū  
ia bellum quanta foelicitate cōfecerit, vel  
o ex eo coniecturam facere licet: q̄d ne-  
ce pos eius, qui hic adest, fractus ad extre-  
n. mum, cum terra sua vniuersa, contra vo-  
il luntatem suam, in fidem eius vna cum  
i- terris suis omnibus se contulit: dato etiā  
de iureiurando, quod cum ipso, tum succes-  
ra sores eius omnes, sempiternis temporibus,  
m in fide Poloniæ Regum sunt futu-  
ti ri. Videtis ergo quæ bona illi Deus con-  
i- cesserit: neq; concesserit modo: verū eti-  
la am stabiliuerit: vt recte de eo dicere pos-  
o- simus: Ideo stabilita sunt bona illius in  
o- domino. Propria enim & perpetua fuit  
is hæc illi foelicitas: neq; eam vlla fere cla-  
u des interpellauit præter Socalien̄ illam:  
e- vbi cum exercitus noster qui ex quatu-  
m or millibus cōstabat, a quadraginta mil-  
e- libus Tartarorum fugatus esset, mille &  
o/ ducenti

Prov. 22.

ducenti ex nostris. ex hostibus quater  
mille sunt desiderati. Neque victorie tan-  
tum eius stabilitæ sunt, sed etiam stabili-  
tum est nomen eius bonum: quod est  
melius quam diuitie multe. Stabilita est  
gratia mortalium omnium, qua credibi-  
le non est: quantum apud cunctos vale-  
bat, non suos magis quam exteros. Vix  
ut vllum reperire Principem licuerit: in  
quem vnum totius patriæ, optimatum  
Regum, gentium, atque orbis prope to-  
tius studia tanto ardore: tamque fatali qua-  
dam benevolentia consenserint, vel po-  
tius concertarint. Neque enim efficacius  
magnes ferrum attrahit: quam ille men-  
tes omnium mortalium in sui charitate  
rapiebat: non alia re nisi virtutum com-  
datione. Ut non minus recte Rex hic  
noster, quam Titus Imperator olim, or-  
bis amor appellari potuerit: quem con-  
stat commune gaudium gentium omni-  
um, vnicas seculi sui delicias, & fatalem  
quendam Regum & Principum amo-  
rem fuisse. Fuerat illi initio Maximilia-  
nus Cæsar offensior, qui cum arcta cum  
illi necessitudo sanguinis intercessisset,  
propter matrem ex Austriæ domo pro-  
fectam



fectam, minime dubitauit Rex optimus  
nullius rei magis quam amicitie cupidus,  
vna cum fratre suo Vladislao Hunga-  
rie & Bohemie Rege, & eius filio Lu-  
douico ad Maximilianum ipsum Viē-  
nam Austrie proficisci, comitatu nume-  
roso & splendido, planeque Regio. Non  
defuerunt qui deterrere vtrumque Regem  
a profectioe in Austriam conarentur,  
quod insidias metuendas ducerent: & iam  
id persuasum erat Vladislao fratri. Cae-  
terum Sigismundus hic noster, vt aliqd  
etiusmodi crederet, adduci non potuit: ac  
forti, generoso, vereque Regio animo, eti-  
am si desertus esset ab omnibus, tamen  
se vel solum in conspectum Caesaris ven-  
turum & Viennam ingressurum osten-  
dit. Qua sua constantia fratrem etiam  
suum, quem aetas affecta timidiorē esse  
cerat, adduxit, vt se Caesari crederet, Cū  
quo simul vt congressi sunt, non solum  
animorum omnis offensio sedata, verū  
etiam affinitas noua inter Reges conci-  
liata est, qua instituta inter eos amicitia  
confirmari posset. Neptem enim suam  
ex filio, Caroli & Ferdinandi Caesarum  
sororem, Ludouico in matrimoniū de-  
dit. Neque

dit. Neq; fuit postea Maximiliano quis  
quã Regum & principum charior, quã  
Rex ille noster Sigismundus. Cuius a-  
micitiã cum hoc Rege nostro constitu-  
ta: Nepotes etiam suos datis in eam rem  
literis quasi hæredes instituit. Quibus  
cum & ipsis tanta fuit Regi nostro ami-  
citiã, maior vt esse non potuerit. Siqui-  
dem Ferdinandus Ro: Rex filiam suã  
Elizabetham, qua nullã vidit ætas hæc  
nostra fœminam sanctiorem, Regi hu-  
ic nostro superstiti vxorem dedit. Quæ  
ante diem mortua: & sancto illi patri,  
& huic eius filio Regni successorì, triste  
sui desiderium reliquit: ac omnes Re-  
gni ordines mœrore cõfecit incredibili.  
Quo pignore amicitia amorisq; mutui  
sublato, nihil est tamen de mutuo inter  
serenissimorum Cæsarum & Regum  
nostrorum amore diminutum: eadem fu-  
it illius gratia, par authoritas. Neq; em̃  
fortuito aut impetu quodam & ardore  
iuuenili, sed virtutum admiratione, hæc  
fuit inter illos amicitia conciliata, vt nõ  
potuerit non esse fixa & stabilis: ac ad vl-  
timum vsq; vitæ diem duratura. Neq;  
minore illius amore incēsi fuerūt reliqui  
Germaniæ



Germaniæ Principes oēs: qui haud alit̄  
atq; patrem Regem hūc nostrū venera-  
bantur. Cuius nomen non in finitimis  
modo Regnis clarū & charū fuit omni-  
bus verū etiā & remotioribus illis. Nam  
& a Galliæ & Angliæ & Daniae Regib⁹  
colebatur. In vrbe vtro apud Sūmum  
Pontificem cōmunē christianorū Regū  
omniū parentem, tanta fuit illius autho-  
ritas, vt vix alterius cuiusq; Regis ma-  
ior. Amabatur a Cardinalibus, Apud  
omnes fere Italiæ Principes in sūma fuit  
veneratione. Magna sūt hæc bona, quæ  
non ad horam concedere sicut multis,  
sed stabilire Deus dignatus est vt ad vi-  
tæ suæ diem extremum ea cōseruauerit  
omnia. Quam & ipsam vitam stabiliuit  
in eo domin⁹, & in multos ānos produ-  
xit, Mortuus est enim Senex & plenus  
dierū. Vixit annis octoginta & uno mē-  
sib⁹ tribus, siue vitæ, siue Regni eius tē-  
pus inspicias: Regnauit annis quadra-  
ginta vno, mensibus duobus, diebus se-  
ptem: vt nunc verius etiam quam Iacob  
olim dicere possum⁹, dies peregrinatio-  
nis vitæ nostræ, paucos & malos esse:  
fuit ætas hæc satis longa: vt si quid inter

Gene. 47

F ij est ad

est ad beatitudinem diu vixisse, hac quæ  
in re beatus fuerit: vt recte bona illius  
in domino stabilita dici possint: quibus  
ei tam diu frui: vel vti potius contigerit.  
Nec enim fruimur temporalibus his, sed  
vrimur. Quibus vero frui debemus, ea  
æterna sunt. Hæc vero maxime stabili-  
ta sunt per eum in domino. Nam cū tē-  
poralibus his recte vsus sit, dedit ei do-  
minus bona quibus frueretur, vitā æter-  
nam, vitam beatam, gloriam æternam.  
Cuius rei non modo vita eius honestissi-  
me acta, sed & exitus ex ea gloriosus: tā  
certum argumentum est: vt certius esse  
queat nullum, Nam si verum est illud,  
sicut non potest non esse verum, quod  
dicit scriptura: Dominus iudicabit fines  
terre: hoc est vt interpretatur Augusti-  
nus, extrema hominis opera, videte que  
fuerint extrema illius opera, & de salute  
illius æterna dubitate. extrema illius  
opera fuerunt: opera fidei: quæ nos de sa-  
lute nostra reddunt certiores: quam vt de  
ea dubitare fas sit: Habemus enim pro-  
missum Dei, quo nihil esse potest certius:  
cum Deum impossibile sit mentiri.  
Amen amen dico vobis dicit veritas, q  
credit

1. Re. 2.

Heb. 6.

Joan. 2.



credit in me habet vitam æternam. Cū  
itaq; Rex hic noster pœnitens in fide &  
confessione Christi obdormiuerit: cum  
suam omnem fiduciam: non in suo, sed  
in Christi passionis & mortis merito col-  
locauerit: poterit ne quisquā dubitare,  
quin huius Christi promissi factus sit cō-  
pos. Non ille fidebat in operibus suis,  
quamlibet enim bona sunt opa nostra,  
bona tamen & grata esse desinūt: simul  
vt nobis in illis placere, & spem nostrā  
in illis ponere incipimus: quę nobis non  
in alio esse debet, quā in morte domini  
nostri. Mors em̄ domini nostri Iesu Chri-  
sti, meritum nostrum est, refugium no-  
strum, salus, vita & resurrectio nostra.  
Meritum nostrum est miseratio domini: Hic. 31.  
qui nisi ppetua charitate dilexisset, atq;  
ideo per filij sui vnigeniti mortem, attra-  
xisset nos, miserans, opera nostra condē-  
nare nos possent, saluare non possent:  
quamlibet etiam sancta viderētur. Hoc  
cum nō ignoraret Rex noster, qui a pu-  
ero sana Christi doctrina diligenter fuit Luce 17.  
institutus, etiam si fecerat omnia pro vi-  
rili sua, seruum se tamen inutilem repu-  
tabat: Et quoniam non sunt condigne Rom. 6.

passiones huius temporis ad futuram gloriam: ad passionem illius: ad fuscum pro nobis sanguinem illius: confugit: qui iustificationis nostra: qui propitiatio nostra: qui satisfactio nostra fieri dignatus est: ad dominum nostrum Iesum Christum. Cuius cum crucifixi simulachrum exhibitum illi fuisset, sicut exhiberi morituris de recepto Ecclesie more consuevit: ut discant: neque fidere operibus suis bonis, neque desperare propter admissa mala: sed certam spem & fiduciam in Christo collocent crucifixo, in ipso respicient, in ipso confisi ad ipsum peruenire desiderent: non habentes iustitiam suam, sed eam quam est ex filio Dei domino nostro Iesu Christo. Hoc ergo signum crucifixi cum oculis eius subiectum fuisset, credibile non est, quanta illud animi sui deuotione exceperit: Quem extendisse manus in cruce pro se: & pro nobis peccatoribus uiderat, ut se ad amplexus nostros esse paratum ostenderet, eum & ipse amplexatus est: & vulneribus eius fixo osculo, non dubio significauit, se in illis respirare: & certo confidere, per illa sibi aditum esse ad Regnum caelorum patefactum. Accessito

Philip. iij.



certito itaq; sacerdote, summa cum ani-  
mi sui contritione peccata sua omnia cō-  
fessus est: vt ministerio sacerdotis, cui li-  
gandi soluendiq; potestas data est, virtu. *Math. 18*  
te vero Christi, cuius ille personā gerit  
beneficium remissionis peccatorum, et  
certissimam consolationem reconciliati-  
onis consequutus: eius rei pignus etiam  
acciperet Eucharistię sacramentum: qđ  
non modo remissionis peccatorum, sed  
& immortalitatis, & vitæ æternę pign<sup>9</sup>  
est. Neq; enim alio pignore Christus de  
tantis bonis certiores nos reddere potu-  
it: quam impertitione sui preciosi corpo-  
ris: inestimabilis vtiq; thesauri, quo nos  
sibi tanquā membra adiungit, vt vbi i-  
pse est, ibi & nos simus. Hoc pignore ac-  
cepto, cum se iam videret extrema illa  
in lucta constitutum: quo fortius resiste-  
re posset Sathane tentationibus, quas tū  
ille potissimum cateruatim ingerere so-  
let: iuxta p̄ceptum Apostoli, p̄sbite. *Iaco. 5.*  
ros Ecclesię induci iussit, & orare super  
se: vngen oleo in nomine domini: vt hoc  
quoq; signo, Christi membrum, Christi  
factus athleta, tanto facilius expellere a  
se posset Principem huius mūdi immū. *Ioan. 12.*

dum spiritum, quem foras Christus eiecit, ut non haberet quicquam in nobis: cum nulla sit conuentio Christi cum Belial: nullus consensus templo Dei cum Sathana. Atque eo expulso, tanto maiore cum fiducia diceret: Bonum certamen certavi, cursum consumaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus Iudex. Quam ille proculdubio consecutus est, cum tot habuerit a Deo certissima fiduciae suae signa, ac testimonia. Nempe sacramenta poenitentiae, Eucharistiae, & hoc extremae vnctionis: quibus Deus nequaquam nos fallit, sed promissioni suae assistens, facit, ac perficit etiam omnia, quae in eorundem exhibitione nobis pollicitus est. Quanta autem eius fuerit fiducia, vel ex eo licet colligere, quod cum admoniti Sacerdotes fuisset, ut ex cubiculo exiret, si forte somnum capere posset: simul ut exiuisse eos cognouit, e vestigio reuocari iussit: quod eorum presentia qui personam Ecclesiae representarent, se fortiorem contra Sathanae insidias fore putaret. Modo non dicens illi: Et si multis satellitibus stipatus in animae meae excidium coniuratis, compareas



compareas non te timeo tamen, non te  
metuo. Plures enim mecū sunt quā tecū  
Tota enim ecclesia sanctorū pro me cu- 4. Reg. 6.  
ram agit, orat, meq; in tutelā suā recipit:  
aduers<sup>9</sup> quā nō prauallituras inferi por-  
tas Christ<sup>9</sup> dixit, qui fallere nescit. Totā Math. 16.  
itaq; noctē illā cum suis sacerdotib<sup>9</sup>, quo-  
rum intercessiōi fidebat, & quos dilexit  
vsq; in finem, nō alia in re nisi in oratio-  
nibus, & sacris lectiōibus maxime vero  
dominicæ passionis recitatione, ex qua  
consolationem nō mediocrem capiebat,  
consumpsit. Subinde cū illo publicano  
pectus suum tundens, ac Deum orans, Luce 18.  
vt sibi propitius esse dignaret. Neq; ob- phil. 1.  
scure illud ferens q; cuperet iam dissolui  
& esse cum Christo. Illuxit tandem dies  
illa, qua Christi resurgentis memoriam  
recolimus: hac ille, intra missarū solem-  
nia, luctu omniū & mœrore incredibili  
spiritum emisit: Vbi nunc Sapiēs & po-  
tens ille Rex noster Sigismundus: Vbi  
opes eius? Vbi diuitiæ? Vbi Splēdor?  
Vbi comitatus Regius? Vbi Maiestas  
eius & gloria? Ecce quomodo trāsierunt  
omia illa tāq; vmbra, tāq; nūcius pcur- Sa. 5.  
rēs, tāq; nauis que pertrāsit fluctuātem  
E v aquam:

aquam cuius cum præterierit, non est  
vestigium inuenire, neq; semitam cari-  
næ illius in fluctibus. Tanq; avis quæ  
transuolat in aere, cuius nullum inueni-  
tur argumentum itineris illius: sed tan-  
tum sonitus alarum, verberans leuē vē-  
tum, & scindens per vim itineris aerem:  
commotis alis transuolauit, & post hoc  
nullum signū inuenitur itineris. Tanq;  
sagita emissa in locum destinatū: diuis-  
sus aer cōtinuo in se reclusus est, vt igno-  
retur transitus illius. Tanq; lanugo quæ  
a vēto tollitur: tanq; spūma gracilis quæ  
a procella dispergitur: Tanq; fumus qui  
a vento diffusus est: tanq; memoria ho-  
iaco. 4. spitis vnus diei prætereantis, Sic & nos  
nati cōtinuo desinimus esse? Quæ enim  
est vita nostra? Vapor ad modicum pa-  
rens: deinceps exterminabitur. Velut  
Job. 20. somnium auolans non inuenietur, tran-  
psal. 75. fiet quasi visio nocturna. Dormierūt sō-  
num suum dicit propheta, & nihil, inue-  
nietur, omnes viri diuitiarū in manibus  
Exa. 40. suis. Omnis caro fœnum, dicit alius, &  
iaco. 1. omnis gloria eius quasi flos agri. Exicca-  
tum est fœnum, & cecidit flos: & decor  
vultus eius deperijt: ita & diues in itine-  
ribus



ribus suis marcescet. Recte ergo Eccle-  
siastes cum ratione scrutatus esset huma-  
na omnia, diuitias, delicias, potentiam,  
gloriam instabilem, sapientiam, quæ fuit  
magis, quã ut teneri possit. Veneris vo-  
luptates, hortorum amœnitates, turbam  
feruorum, multitudinem possessionum,  
pocillatores, cantores, arma, satellites, gē-  
tes subactas, tributa, imperata, fastū Re-  
gium, hanc de cunctis proferi sētentiam:  
Vanitas vanitatū, & omnia vanitas. Fi-  
nem tandem loquendi faciens: Deum  
inquit time, & mādata eius oblerua, hoc  
est omnis homo. Ad hæc inquit natus  
est omnis homo in hoc salus cōsistit om-  
nium & perfectio: si creatorē nostrū in-  
telligentes, veneremur eum metu & ho-  
nore, & mandatis exequēdis. Cætera cū-  
cta fumus quidam sūt, vel ut quidã dixit  
vmbra sunt. Nihil est in rebus humanis  
stabile, nihil diuturnū, nihil de quo vel  
crastinū sibi quisq; polliceri queat. Quæ  
cum ita sint, Quid est Serenissime Rex  
Auguste, quod luctu & q; mœrore: quod  
lachrimis te conficias? Quæ tibi mœsti-  
tiæ huius causa est? Nū quod ille fluxa  
hæc & caduca æternis cōmutauit: Nū  
q; curis-

q̄ curis, q̄ morbis, q̄ grauibus totius cor  
poris cruciatibus liberatus est? Num q̄  
mortē reliquit, & immortalitatem indu  
it? Quid enim est vita hæc nostra nisi  
mors? vt non sine causa Paulus excla  
mauerit: Infœlix ego, quis me liberabit  
*Rom. 7.* de corpore mortis huius? Corpus hoc q̄  
*Sap. 9.* corrūpitur, q̄ aggrauat animas nostras,  
vocat Apostolus corpus mortis: q̄ in eo  
nihil aliud quā morimur quotidie. Nā  
quotidie pars aliqua vitæ demitur: & tū  
quoq̄ cū crescimus, vita decrescit. Mo  
ritur infantia nostra, succedente pueri  
tia: Moritur pueritia succedente adole  
scentia: Moritur adolescentia succeden  
te iuuentute: Moritur iuuentus succe  
dente virili ætate: Moritur virilis ætas  
succedente senectute: Moritur senectus  
moritur morborum omne genus, morit̄  
quicquid est dolorum, quicquid crucia  
uit, quicquid afflictionum, quicquid in  
commodorum in hac vita, succedēte vi  
ta illa immortalis: ad quam non patet no  
bis aditus nisi per mortem corporis hu  
ius: vt non sine causa tam ardentem Pau  
lus cupierit, de corpore mortis huius li  
berari. Quod Dauid etiā carcerem vo  
cat di



cat dicens: Educ de carcere animā meā  
ad confitendum nomini tuo. Dixit hec  
eadem verba Datriid noster pius & man  
suetus Rex noster Sigismundus. Cupi  
ebat & ipse liberari de corpore mortis  
huius: cupiebat educi de carcere carnis  
huius animam suam: desiderium habe  
bat dissolui & esse cum Christo. Cuius  
voti sui compos factus cum sit, moeren  
dum tibi non est Rex Auguste, ne sum  
mam foelicitatem hanc eius, nō satis gra  
to animo interpretari videaris, fruitur  
enim ille iam eo, in quem credidit, quē  
amauit, eo qui vita est æterna, vita sine  
fine beata, domino nostro Iesu Christo,  
Noli putare, temere aut fortuito factum  
esse, quod sacratissimo Pasche die ex hac  
vita excesserit. Quid enim aliud Pascha  
Gręce, quod Phase vocant Hebrei, quā  
transitum significat: transitum autem  
populi Israel ex Egipto ad terram lacte  
& melle fluentem. Sub huñc diē visum  
est Christo, vt ipse quoq; transiret de mū  
do ad patrem. Quo ergo tempore tran  
siuit populus Israel ex egipto ad terram  
promissionis: quo tempore seruator no  
ster Iesus Christus tran siuit de mundo  
ad patrem

*Philip. i.*

*Ioan. 13.*

ad patrem: eodem tempore Princeps hic  
noster, & maximus in Israel, transiit ex  
Aegypto huius seculi, ad promissam p[er]is  
*Ioan. 5.* omnibus coelestem patriam: transiit de  
morte ad vitam: non suis meritis, sed illi  
*Ioan. 5.* us promissionis fretus, qui dixit: Amen  
amen dico vobis, qui verbum meum au-  
dit: & credit ei, qui me misit, habet vitam  
aeternam: & in iudicium non venit: sed  
transiet de morte ad vitam. Hoc ergo  
Pascha, transitum hunc de morte ad vi-  
tam, voluit hoc die cum Christo resurgente  
Princeps noster celebrare: nec amisit  
ille Regnum, sed commutavit: terrenum,  
coelesti, dissolubile, indissolubili: cadu-  
cum, aeterno. Regnum enim illius quod  
*Danie. iij.* nunc possidet: regnum est sempiternum.  
Regem quendam huius saeculi, traditum  
sibi diadema, priusquam imponeretur ca-  
piti, diu considerasse, ac dixisse tandem  
ferunt: o nobilem magis quam foelicem de-  
pannum, quem si quis penitus considera-  
uerit, quam multis sollicitudinibus: &  
periculis, & miseris sit refertus: ne humi-  
quidem iacentem tollere vellet. Abie-  
cit hoc diadema Rex noster, & suscepit  
illud: quod plenum gaudiorum, plenum  
foelicitate



ie felicitatis, plenum est aeternae beatitudi-  
ex nis. Posuit dominus super caput eius co-  
rōnam de lapide precioso: coronam au- *Psal. 20*  
de ream expressam signo sanctitatis, im- *Eccle. 48*  
illi marcescibilem gloriae coronam, quam ab *.i Pet. 5*  
en eo nemo auferre poterit. Hoc in statu  
u- cum sint res diuini parentis tui, qui nō o-  
itā bñt, multo minus autem interñt, sed fa-  
ed tigus vitae huius molestijs: abñt ex hoc  
go Regno suo, in Regnum aliud multo fœ-  
vi- licius: discessus hic eius, non lachrimis  
gē & misericordia: sed beneuolentia poti-  
ific us tibi persequendus est. Hoc te Paul⁹  
nū, quoq; monet dicens: De dormientibus  
du- non contristemini, sicut cæteri qui spem. *i Thes. 4*  
qd non habent. Si enim credimus quod le-  
nū, sus mortuus est & resurrexit, ita & De-  
itū us eos qui dormierunt per Iesum addu-  
ca- cet cum eo. Dormiuit pater tuus per Ie-  
em sum: dormiuit cum Iesu: dormiuit in fi-  
em de & confessione nominis Iesu. Noli er-  
ra- go dubitare, quin sicut resurrexit Chri- *i Cor. 15*  
& stus primitiæ dormiētium, ita resurrectu-  
mi- rus & ipse sit in nouissimo die. Quin tu  
ie- potius posthabito luctu, ad imitationē  
pī- eius te compara, quem ex hac vita disce-  
enū dentem tantū sui desiderium reliquisset  
sita

videz

**Ecc. 30.** vides omnibus, Vt cum enim in te viuentem viderimus, dicere possimus illud quod scriptum est: Mortuus est pater eius &: quasi non est mortuus. Similem enim reliquit post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo: & in obitu suo, non est contristatus: nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorē domus contra inimicos: & amicis reddētem gratiam. In hanc tu curam & cogitationē toto (quod aiunt) pectore, incube: ac omnibus modis contende, & elabora, vt ereptum nobis esse patrem tuū scire magis, quā sentire queam⁹. Quod ita demum futurum est, si cunctis in rebus eum imitandum tibi proposueris: si prudentiam illius, si fortitudinem, si moderationem animi: si grauitatem, si benignitatem, si clementiam, si mansuetudinem, si iustitiam, si in eadem qua ipse præditus, erat fide & religione constantiam, ita expresseris, vt patrem in te tuū viuere existimemus. Quamquidem ad rem pluribus ex hoc loco te pro officio meo pastoralis hortarer nisi te vltro currentem viderem, vt incitari a quoquā opus non habeas. Ad te itaq; mihi sermo  
nunc est



nunc est Serenissima Regina, quam in  
gravi luctu & mœrore positã esse video  
q̄ quẽ indiuiduũ vitæ tuæ comitem ha-  
bere cupiebas, ab eo diuisa nunc es: vt  
merito tu dicere quoq̄ possis, quod dixit  
ille: Siccine separat amara mors. Neq̄  
enim virum illa a coniuge, sed animam  
separauit a corpore tuo. Quid enim ille  
fuit tibi, nisi quod est anima in corpore  
tuo? Quam tu, quæ tua cunctis sæculis  
fuit memorãda fides erga eum & chari-  
tas coniugalis, libenter positura fueras,  
si morte tua salutem illius representare  
potuisses. Quæ quãtẽ curæ tibi fuerit vi-  
dimus omnes. Vidimus autẽ, non sine  
magna quadã virtutis tuæ admiratione.  
Quid enim a te curæ, diligẽtię, & laboris  
prætermissum est, in tuenda & cõseruãda  
illius valetudine, præ qua tu tuã cõtemne-  
re prorsus visa es. Quid de te fieret nihil  
solicita, dum Regi & coniugi tuod ille-  
ctissimo recte esset. Qui cum leui etiam  
aliqua valetudine affectus esset, totos illi  
dies assidebas, totas noctes insomnes a-  
gebas & Reginã te esse oblita, ancillari  
offitio fungebare: dum omni ratione vitę  
illius prospectum cupiebas. Quam cer-

i. Reg. 15.

G

tum est

tum est multos in annos Dei quidem be-  
nignitate primum, sed tua postea solius  
opera productam esse Quam & nos cer-  
te vite nostre temporibus libenter fulci-  
uissemus, ut de nostris annis viueret: qui  
Heb. c. fungi non potuit suis: sed cum statutum sit ho-  
minibus semel mori, neque mortaliu quisquam  
ab hac lege sit exceptus. si & ipse nature  
huic legi satisfecit, cui ut satisfaceret omni-  
no fuit necesse quod est quod te maceras: quod  
est quod luctu moeroreque te conficis? Quid est  
quod diuine voluntati, quasi resistere frustra  
velle videris? Quam refragante quan-  
tumlibet homine, fieri tamen oportet.  
Quin tu potius, quod Deo statuere de  
tuo charissimo coniuge visum est, fer æquo  
animo. Cum presertim, non modo nihil ei  
mali acciderit, sed post multa mala quæ  
uiuens pertulit, nunc demum veris & æ-  
ternis bonis ei frui datum est. Itaque quod  
illius causa doleas nihil est: est potius  
quod vel maxime læteris. Tua autem  
causa si dolendum putas, vide ne hoc  
se ipsam potius, quam bene meritum con-  
iugem amantis esse videatur: neue non  
tam ad illius amicitiam, quam ad dome-  
sticam utilitatem, luctum hunc tuum re-  
ferre.



ferre existimeris. Quar ꝑ nec tua causa  
quod doleas habes. Mortuꝝ est enim ma-  
ritus tuus, & quasi nō est mortuus similē  
enim sibi reliqt post se. Reliquit morū,  
virtutūq; suarum viuū quoddam simu-  
lachrum. Reliquit defensorem domus:  
qui te quoq; tueri contra vim cuiusuis  
& iniuriam, non minus est voluntate  
promptus, quā facultate paratus. Qua-  
re cū nec illi acerbū aliquid accide-  
rit, nectū ex eius hac migratione quicq;  
incōmodi detrimētūq; acceperis, non tu  
lachrimis eum tibi prosequendum, sed  
orationibus potius tuis Deo cōmendan-  
dum putes. Quod vero matri dictū est,  
hoc quoq; vobis Illustrissime Princeps  
dictū existimeris. Non est mortuꝝ pater  
vester, sed e sene iuuenis factus est. Ecce  
pater vester, ecce frater vester, ecce Rex  
vester, eadem est erga vos eius volūtas,  
quæ fuit diui parentis vestri, eadem est  
& potestas, Non minus vult adiutas ra-  
tiones vestras quā voluit diuus parens,  
neq; potest minus. Quin potius, quāto  
est ætas eius aptior, quanto mens vege-  
tior, ad ea perficienda quę de vestris cō-  
modis per diuum patrem vestrum cogi-

tata fuerūt: tanto plus vobis de eius benignitate polliceri potestis: tanto minus habetis, quod vestra causa excessisse ex hac vita patrem vestrū lugeatis. Imponethic Deo bene iuuante, latum & opatum exitum: ijs quæ per diuum patrē cepta fuerūt. Quare seposito luctu Deū illi propitium modo precemini: cuius opera factum est, vt suauissimam hanc lucem primum aspiceretis. Vos quæ nunc alloquor Serenissimi & excellentissimi fratres, orthodoxæ fidei propugnatores acerrimi: Vos inquā alloquor: & si absentes, corporibus, presentes tamen animo, presentes in viris ornatissimis, quos vt personas vestras sustineret, & sancti Regis nostri exequias cohonestarent, huc pro uestra erga defunctum pietate: misistis, sat scio, cum esset ad vos de morte illius allatum, quod opinione omnium maiorem animis dolorem accepistis, Nam cū nullū in terris vobis ille chariorē haberit, fieri non potest, quin ipse vobis vicissim fuerit charissimis: Sed quid ego hæc tanquæ addubitās loquor, cū sicut ille suæ in vos, ita vos vicissim vestræ in illum egregiæ volūtatis, signa dederitis certiora, quam-



ra, quam vt quēq; de ea dubitare fas sit.  
Nisi forte certiora signa vlla esse possūt,  
quam quod vterq; frater Neptē filiamq;  
suam filio huic eius superstiti vxorē de-  
dit At quam virginē? Qua nulla fuisse  
videtur in orbe terrarū lectior: nulla sā-  
ctior: nulla omni virtutū genere cumu-  
latur. Vt de forma taceam, qua sicut pu-  
ritate vitæ, cum ipsis etiā Angelis cer-  
tare posse videbatur. Quæ cum ita Deo  
subente ex hac vita incredibili cū luctu  
omnium excessisset, atq; ingens sui desi-  
derium primū coniugi suo Regi huic  
nostro: deinde nobis omnibus & singu-  
lis reliquisset: nihil ea tamē de re deve-  
stra erga vtrumq; beneuolētia diminu-  
tum est. Certum igitur est, quod non  
mediocrem ex eius hac migrationē lu-  
ctum hauseritis, quē propter ingrauescē-  
tem eius ætatem patris in loco colebatis:  
Documēto sūt Regio sumptu & appar-  
ratu per vos Auguste. Iusta in magna  
magnorum Principum celebritate sum-  
mo cum honore optimo, Regi nostro p-  
soluta, Verum & vos ponite mærorem psal. 48.  
Euenit enim quod scriptum est, Pro pa-  
tribus tuis nati sunt tibi filij. Amisistis  
vos quidē,

vos quidem non ætate magis quam in charitate patrem: sed pro patre natus est nobis filius, qui sicut vos patrē eius, haud aliter ac nostrum colebatis, ita colet ipse vos vicissim, neq; vllū obsequentis officium filij in se requiri patietur: Vt exp̄ssā in eo patris imaginem cernere queatis. Hoc ipsum vobis persuadete, vos q̄q; Illustrissimi Principes, quorum vnus p̄ auūculo fratrem, alius pro magno auūculo, auūculū nactus est. Nihilominus futurus est in nos beneuolentia, Rex hic noster: quem præsentem intui mini oculis, quam fuit ille qui nuper in Christo obdormiuit. Nihilominus studio rationes vtriusq; vestrū pro virili sua volet adiutas, quā volebat diuus parēs. Illius itaq; causa cum nihil sit quod doleatis, quem ad sedes beatorum translaturū esse pie credimus: Quandoquidem: nec vobis ex eius morte quicq; euenit incommodi: quam eadem omnia quæ ab illo, ab hoc filio eius sperare possitis & expectare, causa nō est, quā obrē angī animis velitis quod eū de præsidio stationeq; vitæ huius, summus Imperator ille noster Deus optimus maximus decedere iusserit, ceterum



rit. Cæterum præ alijs te anxio & solli-  
cito animo esse video, Princeps Episco-  
porū & Sacerdotū, & huius Regni pri-  
mas: ad te enim, & ad nos qui tibi sum⁹  
a suffragijs, qui ad vniuersum potius or-  
dinem sacerdotum, in credibilis tam sã-  
cti Regis morte mærorū peruenit, Cum  
non Regem ac dominum, sed patrē be-  
neficientissimū amisisse noster hic ordo  
videatur. Quis enim hoc vno nostri a-  
mantior? Quis vnq̄ fuit Rex qui mini-  
stros Dei magis obseruaret? qui cōmo-  
da eorū diligentius procuraret? qui iura  
& priuilegia defēderet acrius & propu-  
gnaret? offendebāt eum eadem in no-  
bis, quæ multos offendunt. Fatendum  
enim est: quod res est: q̄ in multis offen-  
dimus omnes; omnes declinauimus &  
inutiles facti sumus, non est qui faciat *Iaco. iij.*  
bonum, non est vsq; ad vnum: Videbat *Psal. 13.*  
hæc ille: neq; potuit non offēdi vicijs no-  
stris & flagitijs, quibus magna ex parte  
cooperti esse videmur. Sed non ita to-  
tus erat vicijs nostris & flagitijs contem-  
plandis deditus, quin videret simul. cui⁹  
nos personam quamlibet indigni gere-  
remus: Oderat itaq; fornicatores, scorta-  
tores adu-

tores, adulteros, auaros, sed amabat in-  
terea Sacerdotes: amabat Dei ministros  
neq̄ propter vitia personarum ordinē  
odio habendum aut contēnendum esse  
putabat. Meminerat scriptum esse, Tu  
*Rom. 1. 18* quis es qui iudicas seruum alienū? do-  
*ij. Col. 5.* mino suo stat aut cadit. Cum ventū erit  
ad diem illum, quo nos omnes manife-  
stari oportet ante tribunal Christi: non  
queret a quoq̄ Iudex ille seuerus: Quid  
Pōtifex, quid Episcopus: quid sacerdos  
fecerit: Sed referet vnusq̄sq̄ ppria cor-  
poris prout gessit siue bonum siue malū  
*Rom. 1. ij.* Propria referet, nō aliena. Reddet enim  
vnicuiq̄ Deus secūdum opera sua, se-  
cundum opera manuū cuiusq̄ retribuet  
cuiq̄: pro se quisq̄ suæ villicationis ra-  
tionē reddere cogetur: Sic ergo ille cum  
affectus erga nos fuerit, cū paterna qua-  
dam nos beneuolentia sit prosequutus:  
iustam habere causam videri possumus,  
quamobrem his turbulētis temporibus  
ereptum eum nobis esse plus alijs dolea-  
mus, Sed si quos alios, nos certe minime  
decet, ita nostro hoc angi incōmodo, vt  
quam ille foelicitatem consequutus est,  
posteaq̄ ex hac valle lachrimarū, ad æ-  
terna gau



terna gaudia transfatus est, ei parum fa-  
uere videamur. Sed & si quis aliqd nos  
incōmodi accepisse dormitiōe ipsius ext-  
stimat, is mea quidem sententia lōge fal-  
litur: Mortuus est enī pater eius, & qua-  
si non est mortuus. Similē enim sibi re-  
liquit post se. Reliquit enim defensor em-  
domus, quem nos minime dubitare de-  
bem⁹ paterna vestigia persecuturū, neq;  
alio erga ordinem nostrum, quā quo fu-  
it diuus parēs animo futurum. Nos mo-  
do emēdemus in melius, quod nō igno-  
rātes sed sciētes peccauimus. Et quo ad  
humana fragilitas nostra permittit, ne in  
offensionem hominū incuramus, sed u-  
lo prouidere conemur. Quamobrem &  
tu princeps Episcoporū Regni huius, &  
quotquot hic presentes adestis: siue qui-  
buscūq; alijs in locis constituti estis Epis-  
copi & sacerdotes, ponite lachrymas, po-  
nite luctum, ponite mœrororem: & ad  
preces pro tam benefico patre nostro fū-  
dendas animū adijcite. Quodq; de Gra-  
ciano & Valentiniano Imperatoribus  
dixit olim beatus Ambrosius: Beati am-  
bo si quid mee orationes ualebunt: Nul-  
la dies vos silētio p̄teribit, Nulla ihonora-  
tos vos mea trāsibit oratio, Nulla vox nō

donatos, aliqua precum mearum cōre-  
tione transcurreret. Omnibus vos oblati-  
onibus frequentabo, hoc vos non dici-  
te modo: Verumetiam facite, sicut ille  
fecit. Hoc illi defuncto gratius est futur-  
um & utilius, quam si fluuios lachri-  
marū illius desiderio profuderitis. San-  
cta enim & salubris est cogitatio pro de-  
functis exorare, vt a peccatis soluantur  
dicit scriptura: Quę si non est in canone  
Iudeorum, si non est in canone hæretico-  
rum, fuit tamen semper, & est: & erit in  
canone Christianorum Catholicorum.  
Quin & Apostolorū hæc est traditio vt  
vt preces fiant pro defunctis: vt mediato-  
ris pro illis sacrificium offeratur, sicut al-  
tero ab hinc anno, Dionisi Areopagite  
Ioannis Chrysostomi & Ioannis Dama-  
sceni, ac Isidori testimonio me vobis ex  
hoc ipso loco prædicare memini. Vbi  
simul & illud ostendiant mille ducen-  
tos annos Aerium quendam fuisse, qui  
sicut statos ieiuniorum dies & ciborum  
dies & ciborū discrimina, ita etiam præ-  
ces pro defunctis damnabat, neq; offerri  
debere pro illis oblationes affirmabat.  
Atq; eum ijs ipsis de causis ab Epipha-  
nio Græco, & Augustino Aphrointer



hæreticos numeratū esse: quē nos Aeriū  
& si qui sunt eius sectatores, qui sopitos  
pridem ignes nostro hoc æuo suscitauit,  
ita vt facitis, contemnitis, Et cum Dioni-  
tio Areopagita, cum Tertuliano: cum  
origene: Chrysofomo: Ambrosio: Au-  
gustino: Hieronimo: Cypriano: Grego-  
rio & Nazianzeno, & magno Damalce-  
no: Isidoro: Bernardo: Athanasio: cūq;  
vniuersa Catholica Ecclesia: quę colum-<sup>1. Tim. 3.</sup>  
na est & firmamentum veritatis, scien-  
tes: pro dormitione pij Regis & patroni  
vestri crebras oblationes facite. neq; p̄-  
cari Deum pro anima illius intermittite,  
Etsi enim certus nō sum, tam bonū fuisse  
vitæ eius genus, vt hoc nō requirat mor-  
tuis, tamē de hoc certus esse videor, nō  
fuisse tam malum, vt ei non prosint ista  
mortuo. Viuēs ille meruit, si forte in ab-  
ditis illis receptaculis adhuc detinetur,  
vt hæc sibi mortuo prodesse possent. Ita  
autem pro defuncto Deum deprecamur  
Vt & superstitis huius memoriam, neq;  
in oblationibus, neq; in precibus nostris  
intermittamus: Vult enim ille & currit:  
sed non est volentis, neq; currentis, sed  
miserentis Dei. Eius itaq; misericordiā <sup>Roma. 6.</sup>  
supplices.

Supplices deprecamur, vt dirigat gressus  
Regis nostri: vt eū paterna vestigia psequi  
faciat, ad laudē & gloriā sui nominis, ad  
Ecclesiæ vtilitatē, ad omniū nostrū, qui  
eius Imperio subsum<sup>9</sup> & parem<sup>9</sup> cōsola  
tionē. Vos quæ ceteri, pceres & cōsiliarij  
Regni hui<sup>9</sup> qui loca quæ tenetis Regis  
hui<sup>9</sup> beneficia tenetis: quod ille nos pro  
pter virtutes nostras & p̄clara merita di  
gnitatibus his & p̄fecturis honestādos  
& augendos putauit, si illius causa dole  
tis, tanq̄ illi mortuo triste aliquid accide  
rit, non modo quod doleatis nihil est, sed  
est potius q̄ vehementer letemini. Quid  
enim illi mors fuit, nisi finis malorū quæ  
multa & graua viuēs pertulit, & iniciū  
vitæ melioris, & eius quidem perennis,  
vbi nulla corruptelæ contagio: nullus  
gemitus: nullus dolor: vbi vera est Re  
gio viuētū vbi quod erat, in eo mortale  
induit immortalitatem, quod erat corru  
ptibile induit incorruptionem. Sin autē  
vestra doletis causa, hic quoq̄ dolor sup  
vacaneus est. Mortuus est enim pater  
eius, & quasi non est mortuus, Similem  
enim reliquit post se. Reliquit defenso  
forem domus contra inimicos, & amicis  
reddentem



reddētem gratiā. Quare cū in confesso  
sit, vos amicos fuisse defūcto Regi & do  
mino vel patri poti⁹ nostro: neq; enim  
secus ille nobiscū quam pater cū suis li  
beris viuebat: cū hoc etiā p̄mia testen  
tur. quibus vos p̄pter fidem virutemq;  
vestrā amplissimis affecit, si cui vestrum  
nondū est pro suo merito satisfactū: Red  
det hic amicis gratiā: reddet gratiā bonis  
Diui sui parētis Cōsiliarijs: q̄rū fidelibus  
Cōsilijs factum intelligit, vt hoc ille Re  
gnū tam florens ad se trāsmitteret. Vos  
ergo nihil nunc aliud quā defūcto Re  
gi requiem, huic vero superstiti gratiam  
Dei deprece minī: quo pari atq; ille fœ  
licitate Regnum hoc suum gubernet:  
ac ad suos quoq; posteros æque florens  
transmittat. Simul que Diuo parēti sup  
peditastis ad eam rem salubria cōsilia,  
cum hoc quoq; cōmunicate. Erit apud  
illum locus rectis cōsilijs. Neq; locus erit  
modo: verū etiā gratia reddetur fidele  
cōsiliū impartietibus, Vos quoq; quot  
quot hic adestis equestris ordinis viri &  
quicūq; alijs de promiscua multitudine:  
qui vestrū de morte eius dolorem cum  
lachrimis vbertim profusis testati estis:  
tum quod

tum quod ex quo tēpore mortu<sup>9</sup> est: nul-  
lū prope diē intermisistis, quo funus illi<sup>9</sup>  
non minore frequentia, q̄ sancti Mar-  
tyris alicuius reliquias vīseritis, quando  
quidē sepe iam ex me audistis nihil mali  
ei euenisse, qui non vitam cum morte,  
sed mortem cum vita cōmutauit: nolite  
flere super illum lætitia potius quam  
lachrimis vobis prosequēdum: sed si flē-  
dum esse putatis super vos, & sup filios  
vestros: est quidē ita, quod cū alijs multis  
peccatis nostris diuinam Maiestātē offē-  
dimus grauitē: tum hoc certe non leuif-  
sime: quod huic tam Sancto Regi, tam  
benefico patri nostro, non eum pleriq;  
quem virtus eius, quē ista dignitas me-  
rebatur honorē habuimus. Quin facta  
potius a plerisq; multa sunt, quibus non  
tam Rex ille noster māfuetissimus, quā  
Deus cuius ille personam gerebat, non  
mediocriter offēderetur: ita ut iuste nos  
& ea quidem graues peccatorū nostro-  
rum penæ maneant. Sed non in æternū  
irascitur dominus, qui benignus & mi-  
sericors est, patiens & multæ misericor-  
diæ, & prestabilis super malitia. Huius  
gratia non nostris meritis factum, quod  
moriens ille similem sibi reliquit post se

*Psal. 84.*

*Iaco. ij.*



eui satisfacere nobis licet, de eo quod in  
patrem peccatum est. Satisfaciedi autē  
ratio hæc est, si quod de nostro erga fili-  
um, tanto melius de eo merendo, rātoq;  
fidelius & diligentius eius mandatis pa-  
rādo, Id cum fecerimus, sicut certe fa-  
cere debemus, quem iustum in terris ha-  
buimus moderatorem, eo in cœlis vte-  
mur pio intercessore, ac futurum est dei  
benignitate vt & hic vitam tranquillam  
agamus, & post hanc vitam ad eum per-  
ueniamus, qui solus via veritas est & vi- *Ioan. 4.*  
ta dominum nostrum Iesum Christum,  
qui cum patre & spiritusacto regnat De-  
us trinus & vnus per omnia secula secu-  
lorum Amen.

Charissimi in multis offendimus omnes, *Iaco. 3.*  
neq; fieri potest, vt viuat in sæculo mor-  
taliū quisq; absq; offensione, quanto  
autem fortuna alicuius sublimior, tanto  
minus caueri potest, ne plures offendā-  
tur, Offēduntur autem iniurijs non nul-  
li, offenduntur alij opinione iniuriæ, &  
habet hoc excellens fortuna, præsertim  
vero potestas Regia, quod etiam bene-  
facta, scelus homines nōnunq; interpræ-  
tantur, vt non sine causa dictum fuerit.  
Regium est

Regium est, male audire, cum benefeceris. Nulla potest fieri tam iusta sententia, ut non queratur altera partium. Ac quæ sunt ex optimo animo, non raro profectus, & salubriter instituta ea reprehensionem effugere non possunt. Ego qui consiliorum Sancti Regis nostri magna ex parte conscius sum, omnibus vobis hoc asfero: ratione confirmare posumus, quod sciens ille & prudens neminem offendit, nullum mortalium volens, vlla affecit iniuria si quid peccatum est, per imprudentiam peccatum est, vel quod consilijs adductus rectum putauit quod rectum non esset, vel quod parum seuerè in sonites animaduertit, quod iustitiã esse misericordiã, misericordiã esse iustitiã existimaret, vel quod extremis annis illis officio suo functus est negligentius. Ecce ego, cuius ore semper iam inde a decem annis, cogitata illius enunciare audistis, confiteor in persona eius, quod homo cum esset errauit aliquando, quod fuit indulgentior quam expediret, in hac enim partem peccare tutius putabat. Confiteor & illud quod est omnium grauissimum, quid extremis vitæ suæ annis, fuit in iure dicendo remissior, vnde multa ma-



la orta sunt in Regno, sed in causa fuit  
ætas & valetudo affecta. Multi multa  
passi sunt incommoda per hoc quasi iu-  
stitiam: dedit multis occasionē impræ-  
candi: qui Regem tantum eum non aut  
& hominem esse volebant, cum & Rex  
homo sit: æque morbis. æque senectutis  
incommodis, æque morti etiam ipsi, vt  
ceteri mortales obnoxius. Sed ille, si qd  
erratum est per se, excusari non vult, quin  
agnoscit potius errata sua. Confitetur ea  
coram Deo, & coram vobis: ac per os meum  
per quod viuens enunciabat, quæ clau-  
sa in pectore gerebat, orat vos & obse-  
crat: oro vos & obsecro ego quoque indi-  
gnus Episcopus: obsecro vos, per viscera  
misericordiæ Dei, si quid offendit quicquid  
per imprudentiam si dum ille parcebat ma-  
lis sæuitum est in bonos, si cui facta est  
iniuria, quæadmodum factum esse non  
nullis constat, quo tempore propter affe-  
ctam ætatem & valetudinem suam ius  
dicere non potuit: quanto certum est, a-  
nimum ab iniuria facienda abfuisse, ite-  
rum atque iterum oro vos & obsecro, igno-  
scite homini homines, si vobis homini-  
bus & hoc ipso peccatoribus, non ab ho-  
minibus

8  
minibus & hoc, ipso peccatoribus, non  
ab hominibus modo, verū ab ipso Deo  
ignosci vultis, memētote eius quod scri-  
ptū est. Dimitte & dimittetur vobis Da-  
te & dabitur vobis. Donate illi si q̄s ve-  
strum aduersum eum habet querelam,  
sicut & dominus donauit vobis, ita &  
vos, recogitet vnusquisq̄ vestrū, in quā  
multis offendat & ipse, offendat autem,  
non homines modo, verum etiam ipsū  
Deum Quamobrem nolite maledicere  
Christo domini, nolite imprecari, sed si-  
cut vobis a Christo peccata vestra con-  
donari vultis, ita cōdonata Christo huic  
domini, si quid & ipse peccauit. Sic in ex-  
tremo quisq̄ die suo, iustum illum iudi-  
cem placabilem experiatur, qui nisi  
iustitiam misericordia temperauerit,  
quīs est qui sustinere possit,  
si iniquitates nostras  
obseruauerit.

Luce 6.

Collo. iij

Psal. 29.





SANCTI POLONIAE ETC.  
REGIS SIGISMUNDI PRIMI  
EPITAPHIUM.

Sigismundus in hoc iacet sepulchro.

Quod uiuens sibi prouide parauit

Primus Sarmatiæ potens feracis

Hoc rex nomine quem Iagieliana

Ex magnis Ducibus uetus propago

Gestis, iustitia, fideq; clarum

Produxit, quibus & diu Polonos.

Rexit magnanimos, eosq; multis

Auxit diuitijs honoribusq;

Et tot magnificis ubiq; passim

Structuris, ut in hac patescit arce

In templis & item Deo dicatis

Armis atq; toga probe per omnes

Insignis procul inde nati onis,

Veri cultor erat, tenax honesti,

Et prudens, sapiens, pius, modestus.

In cunctis ratione semper usus

Non præceps, neq; concitus, notatus.

Tandem transit hinc, bis octo lustris

Ex hoc pondere corporis, peractis

Sancte sicut in hoc agebat, hoc sic

Est iam tempore, mortuusq; sancte,

Christus quo tumulum hic reliquit

Coniunctus superum beatitati.


Natus anno domini 1467. prima Ianu-  
arij. Electus 1506. octava Decembris.  
Coronatus 1507. vigesima quarta Ia-  
nuarij. Mortuus 1548. prima  
Aprilis.


Ioannes Dantiscus Episco-  
pus Varmien, Domino  
suo benemerenti non si-  
ne lachrimis posuit.

XVI, 43



















XVI WIEK

BROSZURY







